Septimo bona opa vincimus si frequēti assuefactōē ipa trahimus i affectum Al Tercio dicēdum est de cumulo pmiorū: vt si pdicta omia vincimus quid ꝛ cꝫtū ex hoc apud deū de premio cōsequamr. Sūt autez septem pmia in apoca. posita que istis victoribꝫ sunt pmissa. Primo de victoria qua deum vincimus dr Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo. vt sicut flagella videbar ei aduersari p intimissimam vnionē debet in me perpetuo cōsolari. i quo adhesio beate vnionis pmittit. qui eñ vt ait apls adhæret dño sedens cum eo in throno suo vn? cū eo spūs efficit. Secdo vincentibꝫ primos pmittit remissio omnium peccatorum cum dr Apoca. iij. Qui vicerit vestiet vestibꝫ albis. ꝛ hoc est qđ dr Mat. vi. Si dimiseritis hoibꝫ peccata eoꝝ scz nō reddētes malu p malo dimittet vobis pater celestis peccata vestra. dimissis aūt peccatis redditur dealbati. ꝛ est cōueniēs pmissio. qui eñ mala primi equanimiter sustinet a commissis peccatis purgat. ꝛ qz malū p malo non reddit purgatus cōsternat. Tercio vincentibus dyabolum pmittit principato oim bonoꝝ que dns meruit in sua passione cum iteruꝫ apoca. ij. dr. Vincenti dabo edere de ligno vite. i. de fructu ligni vite quod est crux xpi: in qua pependit vita nostra ꝛ est conueniēs pmissio. Dignuꝫ quippe est vt qui p virtutem crucis ꝛ passionis xpi oibꝫ psuasiōibus dyaboli resistit virilr fructus etiā eius pcipiat in eternū. Quarto vincentibꝫ mundum pmittit eterne damnatiōis euasio. cū iterum Apoca. ij. dr. Qui vicerit non ledet a morte scda: hoc est non damnabit in inferno. Cum eñ duplex sit mors culpe ꝛ pene. Mortem culpe per peccata mortalia incurrimus. Mors vero pene est quam p dānationem incurrimus. De prima dr Ezechi. xviij. Alma que peccauerit ipa morietr que est mors prima. hic aūt tangit damnatō q est mors secūda. Juste aūt victoribꝫ mundi datur in pmiū euasio mortis secunde. quia nemo vincit mundum nisi qui se mortificat mūdo. qui autem mortificat se ꝓpter deum merito euadit mortem damnationis. Dicꝓteris applicare de duplici morte. s. culpe ꝛ pene. de quo alibi. Quinto vincentibꝫ carnem pmittitur spiritualis consolatio. cum iterum Apoca. ij. dr. Vincenti dabo mānā absconditum qđ nemo scit nisi ipe qui accipit. Dignū quippe est vt qui ꝓpter deū carnis dulcedinem respuit hoc in pmiū habeant vt dine cōsolatōnis dulcedine cōsolent. Unde Bernard. Renuat homo cōsolari in alijs qui vult in dei consolatōnibꝫ delectari quia quāto magis illis euacuabitur: tanto magis istis implebit: si multum multum. si parum parū. Sexto vincentibꝫ seipos pmittitur tam pñtis vite cꝫ future sublimatio singularis. cum itez subiūgitur Apoca. iij. Qui vicerit scz seipm faciā illum colūnam in templo meo ꝛ est digna repmissio. Nam sicut inter omēs victorias maior ē illa qua se homo totum vincit intus ꝛ extra dicente salomone Proverbio. xvi. Qui dominatur animo suo melior est expugnatore vrbium. sic etiam nomie colūne maius premium pmittit. vt in hac via ceteris pferantur ꝛ in patria gloriosius sublimentur. Septimo vincētibꝫ pdicta oia pmittit oim pdictoꝝ tam pñtiū cꝫ futuroꝝ copiosa pmiatio: cum tādem cōcludit Apoca. xxi. Qui vicerit possidebit hec oia. ac si di. Qui de peccatis vnū vicerit illi etiā vnum pmiū respōdebit. qui aūt omia vicerit oia pdicta pmia recipiet ꝛ ea cū dño manēs in perpetuū possidebit. ad que nos per.

XIII Sermo de innocētibꝫ

Nisi conuersi fueritis ꝛ efficiamī sicut puuli nō intrabitis in regnū celoꝝ mat. xviij B Dicit beat? maxim? epūs. Dēt xpiana simplicitas infantiaz suā nisi qđ ista nobilior est cꝫ illa. nā xpianoꝝ infantia ē ex virtute. qz ꝓpter deū acquisita in moribꝫ. illa aūt infantia pueroꝝ est ex teneritudīe nature. Ut aūt ad exhortatōz dñi p virtutis infantia efficaci? laborem? triplex est nobis pmiū repromissum. s. gra in pñti. regnuz celoꝝ ꝛ mai? in celo pmiū. De prio dr Mat. xi. Grās tibi ago pr celi ꝛ terre qz abscondisti hec a sapiēnibꝫ ꝛ prudēnibꝫ ꝛ reuelasti ea pusl. ita pater qm sic placitum est ante te.

De scdo in pñti themate declarat de tercio rex Mat.xviij. Quicūq humiliauerit se sicut puulus iste hic maior est in regno celorum. De quo puulo dicit rex maximus eps. Videamus quis sit ille puulus q discipulis ponit imitādus: non em arbitror hūc esse de plebe nō de publico. nō de multitudine ceteroz sed de celo. Ipe est enim d̄ q dr Esa.ix. Parulus natus est nobis. Si lis ergo premijs que grās cōtinent multas valde. nūc videdum est quibz exercitijs puer effici valeamus. Sunt aūt septem exercitia per que ad pueri simplitudinē peruenim⁹. scz per puritatē simplicitatē amabilitatem ignoscibilitatē et humilitatē verecūdie et obedie veritatem. hec septem hūt pueri a natura et nos eadem studeamus hēre ex gratia et virtute. Si ergo cupimus predicta pmia psequi p pueroz exercitia tā pmissa studeamus Primo et ante omia conemur assequi puritatē. cuz em puer dicat a puritate. quicunq hanc habuerit ille est veraciter puer dei. Ex hac prima gratia vocabat de⁹ aplos pueros dicēs Jo.xxi. Pueri nunquid pulmentarium habetis. Flez quia omēs pecca uimus vt ait apls Romā.iij. Omēs peccauerunt et egent gīa dei. ideo optet vt peccatū per pniam expellat et maxime p illā pniam que cōtritio appellat. Et quia multi contritionem hēre vident qui tamē p eam peccata non exhauriūt. eo q ineficax et insufficiens sit apud deum. Ideo rogat nos de⁹ iosue.ij. vt fortem et verā cōtritōem habeamus dicēs. Date mihi vex signū. Flez autem signum sunt amarissime lacrime quas fūdimus p peccato. Flez cum signū correspondere debeat signato q̄tum potest. et cum lacrime sint signum et cōtritio sit signatū. ido ex pprietatibz signi cognoscere possumus qñ sufficiēs sit signatū. Hūt autem lacrime tres pprietates. Sunt em calide. salse. et ab emiētiori sensu scz oculoz effluūt que tria nos instruūt qūo contritio sit faciēda. Cōtrito igit vt sit efficax ex feruēti deuotione et ex medullis cordis pcedere dz: vt sicut lacrime calide sunt: sic cōtritio ex calore magni doloris dz pcedere. vt fiat qđ iob.xli dr. De ore eius lampades pcedūt sicut de ignis accēse: Scdo lacrime sunt salse p quod iunuit q cōtritio dz esse amarissima: vt sit quod deute.xxxij. dr. Fel draconuz vinum eoz. fel em draconū peccatuz est qđ ex sua amaritudine inebriare dz conterentem sicut vinum vt dicere possit illud Treno.iij Repleuit et inebriauit me amaritudine inimicus meus. Tercio lacrime fluūt ab eminentiori sensu: et signant q de pfundissimo affectu lacrime iste fluere dñt. Ex his ergo tribz pprietatibz lacrimaz in cōtritōe seruatis pfecta erit cōtritō. et ex hoc peccata omia condonant. Scdo pueri hūt simplicitatem sine duplicitate et sine dolo agēres et viuentes. sic et nos simplr viuamus et simplicitatem in oibz et p omia teneamus. quia sic p uerbi.x. dr. Qui ambulat simplr ambulat cōfidenter D Est aūt triplex simplicitas scz cordis. oris. et opis. Prima simplicitas scz cordis est vt omia interiora scilz cogitatio. rō. volūtas. et memoria in vnuz coeant et cōsonēt in deum. nec sint in eis scissura. sed quod rō approbauerit hoc volūtas velit memoria amplectat. De hac simplicitate dr Sap.i. In simplicitate cordis querite illum. Qñ em omia interiora ad q̄rendum deum coeūt. tūc cito quod queritur inuenitur Unde Mat.vi. Si oculus tuus simplex fuerit totū corpus tuū lucidū erit. vocans ibi oclm intētōem et affectum. Scda simplicitas est oris. quā tūc veraciter tenemus quādo nulla duplicitas est in ore. vt locutōi nostre nulla duplicitas sed semp veritas et pura intētio sit annexa. quod dñs monere studuit Mat.v. vbi dicit. Sit sermo vester est est. non nō. nam quod amplius est a malo ē ac si dicat. Sermo vester ex nulla dolositate ex nulla falsitate a veritatis tramite recedat. sed est veritatis semp annectat est locutionis. et vbi est non inuenit in rex veritate ibi etiā nō sit in locutōe. vt pter nullam rē locutō vestra a veritate recedat. Nec solum hec simplicitas tenēda est in locutōe sed in oim sensuū exteriorz apprehensione. vt si qđ cōtingat videre vel audire simplr illud fiat verbi gratia. Si cōtingat aliquid pulcrum videre simplr videat. nec corde statim concupiscat. simlr si quid audiat non statiz ad

delectatõem ptrahaſ. hoc ergo ſimplr videſ vel audiſ cui nõ iungit appetitus. Ñ Ber. Columbinus ⁊ caſtus eſt oculus qui in rebus humano vſui ꝓceſſis nulla libidine figitur. Tercia ſimplicitas eſt opis qñ omia opa noſtra ſine exceptõne cum teſtimõio cõſcie ad deum ordinanſ. nec vnq̃ aliq̃d opus facimus q̃d remurmurãte conſcia in deum nõ poterit ordinari. ſed ꝑ puram intẽtõez omia deo damus. De hac ſimplicitate dicitur ꝓuer. xi. Qui ſimplr ambulat confidenter ambulat. ℣ Tercio ꝓprietas puerorum eſt amabilitas. Amãt em ⁊ amanſ facilr. ſic qui deo ⁊ hoibus cupit eſſe amabilis in hac virtute pueros ſtudeat imitari. Quibꝫ autez exercitijs hoc poſſit fieri docet Bern. ita dic. Arbitror q̃ tu bñ viuas ſi viuas ordinalr tibi. ſocialr ꝓmo. humilr deo. Ordinalr vt in omi cõuerſatõe tua ſolicitus ſis obſeruare vias tuas ⁊ in cõſpectu dñi ⁊ in cõſpectu ꝓximi cõuerſatõem bñs bonam ſine ſcãdalo ⁊ ſine q̃rela: exhibens omibꝫ te amabilẽ bonos mores ⁊ verba dulcia omnibꝫ ꝑbens. De quo dr Eccle. xx. Sapiẽs in verbis ſeip̃m amabilem facit. Vere em eſt ſapiẽs qui verba et opa ſub diſciplina mor ſcit regulr ordiare: cauẽs ſibi a ſcãdalo ⁊ peccato. Socialr etiã debes viuere ſi amabilis cupis eſſe. q̃d tunc facis ſi ſtudeas oim mores ⁊ opera portare patiẽter ⁊ a nemĩe portari. pacifice viuẽs et quiete ⁊ omibꝫ te blandẽ ⁊ affabilem exhibere. Vnde Salomõ qui pacificus interꝑtatur dictus eſt amabilis deo. ij. Reguz. xij vbi dr Vocauit nomẽ eius amabilis dño eo q̃ dñs diligeret eum. Tercio debes viuere humilr ſi amabilis eſſe cupis. Veruz q̃ humilitas eſt vnũ de p̃cipalibꝫ membris in principio ſermonis ꝓpositis. ideo loco huius ponamus verecũdiã que eſt virt̃ ꝓ ꝓria puerorum. Pueri em ſemp ſunt verecundi. de qua virtute dicit Bern. Neſcio an q̃ꝫ gratius verecũdia aduerti in moribꝫ hominum queat. que lz oĩm etatum ornat̃ ſit in teneriori tamẽ etate amplius pulcriuſq̃ niteſcit. Quid amabilius verecundo adoleſcente? Q̃ pulcra q̃ꝫ ſplẽdida gemma verecundia eſt in vultu adoleſcẽtis. ſoror conuenne eſt ⁊ columbine ſimplicitatis indicium teſtis innocẽtie. lãpas pudice mẽtis iugiter lucens vt nihil in ea turpe vel indecorum reſidere attẽptet quod nõ illico prodat. ℣ Quarta ꝓprietas puerorum eſt ignoſcibilitas. faciũme em conſueuerũt pueri ledẽtibꝫ cõdonare. ſic ⁊ nos noſtris offenſoribꝫ cõdonemus. Ad quod faciendũ tria nos alliciũt. ſ. neceſſitas. vtilitas. cõformitas ꝓximo. neceſſitas ad cõdonandum iurias nos cõpellit. quia mãdatũ eſt a deo. Vnde dicit Leui. xx. Non ſis memor iniurie ciuiũ tuorum ꝓpter quod dr Mat. xviij. Serue nequam nõne oportuit te miſereri ⁊ cõſerui tui? Q̃ autem neceſſitas nos cõpellit patet quia nullm bonuz a nobis acceptat̃ niſi ꝓmo ignoſcamus. Scõo vtilitas cõſiderata ad ignoſcẽdum facilr nos inducit. Hec aũt vtilitas ẽ remiſſio oĩm peccatorum. que tñ rõe offenſi. ſ. dei ⁊ rõne offenſarum ſunt penitus infinita. vñ Eccle. xxiij. Relinque ꝓximo tuo nocenti te. ⁊ tũc tẽpcanti tibi peccata ſoluent. Item Luce. vi. Dimittite ⁊ dimittemini ꝛc. Tercio ad cõdonandũ nos mouẽs ẽ dei cõformitas. Cum em facimus hoc quod deus in extrema neceſſitate cõſtitutus ſcz ĩ paſſione fecit: qui dixit. Pater ignoſce illis q̃ nesciunt quid faciũt. dicimur ex hoc deo ñ modicum aſſimilari. Vnde Cri. Nichil eſt q̃d ſic deo ſilem faciat q̃ꝫ ledẽtibꝫ eſſe placabilẽ. Quinta ⁊ vltima ꝓprietas puerorum eſt hũilitas. De ſexta ⁊ ſeptima ꝓprietate ſup poſitis vide alibi. Qualr aũt hãc hẽamus exterpratõe nomĩs edocemur. Dicit enim humilis quaſi humo ſimilis. Humus autem eſt fertilis. ſtabilis. deſpicabilis. que tria in noſtra humilitate dñt conuenire. ꝓpter hoc igit̃ noſtra humilitas debet eſſe fertilis. vt ſim̃ humiles non verbo tñ ſz ope ⁊ veritate. humilitatem taliter in ope exercẽtes vt viles ⁊ abiecti ab omnibꝫ iudicemur. Vulti enim dicũt ⁊ ſentiũt de ſe vilia. ſed non ſuſtinẽt ab alijs idem dici: hi formã hñt humilitatis ſed nequaq̃ opera veritatis. Scõo humilitas noſtra ſit ſtabilis vt ſicut in proſperitate ita in aduerſitate. in honore ſic in abiectõne. in laudibꝫ ſicut in vituperijs ſtemus

immobiles sicut terra. quia vt dr prouerb xviij. Qui mollis & dissolutus est in opere. suo frater est sua opa dissipantis. Hinc i. cor. xv. fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles. Tercio simus despicabiles. i. de formes in habitu exteriori sicut terra omnē solicitudinē nostrā in decorē interiorꝰ hoīs ordinantes vt cum nemo manum possit mittere in ambobus. negligamus exteriora vt decorent interiora: imitātes eum de quo dr Esa. liij. Non est ei species neq; decor. Si ergo his ꝓprietatibꝫ puerorꝫ decorati fuerimꝰ erimus pueri dei & pdicta tria ꝑmia ꝑmittē te dño cōsequamur ¶ Nec quāto vita hoīs est purior tanto magis ei solet a demonibꝫ dolosius insidiari. Ideo ꝑscripta puritas ꝑ quatuor mala destruit scz per nimiam occupatōem. carnalē delectatōnem. supbie inflatōem. luxurie inquinatōem. qō pulcre in veteri testamēto legimus figuratum. Nam pueri a pharaone submerguntr ab vsis lacerantr. ab anthiocho ꝑcipitantr. & ab herode trucidantr. De primo dr Exod. i. Dixit rex egipti obstetricibꝫ hebreorꝫ precipiens eis. Cū obstetricabitis hebreas & ꝑspicite tempus aduenerit si masculus fuerit interficite. si femina conseruate. Quid ꝑ pharaonem qui interꝑtatur dissipās prepatos nisi terrena occupatō que prepataz dissipat puritatē accipit. de qua dicit. i. Re. xv. Aspersionem pulueris mutauit os & oculꝰ. Hinc Eze. xxij. Polluerūt in negociatōnibꝫ suis sanctificatōem suam. Item. Exteriora intuens salua sibi arbitratr omia. nō sentiēs vermem occultum qui interiora corrodit. Secundo pueri lacerantr ab vsis. iiij. Reg. ij. Egressi sunt duo vsi de saltu & lacerauerūt ex eis. xlij. pueros. Per hos vsos carnalis delectatō accipitur. sicut enim vsi ꝑ mellis pua dulcedine perdūt sepe vitam sic & hinc prouer. Propter crapulā multi periēt. hīc dns Mat. Videte ne grauentr corpora vīa crapula & ebrietate. quare? Quia sicut ait apls. Si fm carnem vixerimus non solum puritatem pdimus sed penitus moriemur Tercio pueri ꝑcipitantr ab anthiocho. sic. n. dr. ij Macha. vi. Mulieres infantibus ad vbera suspensis ꝑ muros ꝑcipitauerūt. Per hunc anthiochū qui paupis silentiū interpretatr. superbia intelligit. que pauptatez propriam semp silet intuēs altiora & credit se aliquid esse cuz nihil sit. que etiā angelos ab altitudine celi ꝑcipitauit. multomagis hoīes q̄tumlibet pueros ꝑcipitat. Item bernar. Expedit tibi non esse virginē q̄ devirginitate insolescere. & subiugit. Saluberiorē ergo viam sequēdi deum elegit in humilitate peccatorꝰ q̄ in virginitate supbo. Quarto pueri ab herode trucidantr. Sic enim dicit Matth. ij. Ab imatu & infra occidit multos pueros herodes. glosa id est ab imis annis Per quem scz herodem luxuria designatr. que puritatem in nobis fedat penitus & extinguit. Ad horum puerorum, ꝓprietatez ꝑducat nos ihesus xps.

XIIII De sancto Siluestro

Homoquidaz pegre proficiscēs vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua &c. Mat. xxv ¶ Beatus Greg. exponens verbum, ꝓposituz di. Quis est iste homo qui pegre proficiscatur: nisi redēptor noster qui in ea carne quā assumpserat ibat in celum. Carnis em̄ locꝰ ꝓprius terra est que quasi ad pegrinanduz ducit dum ꝑ redemptorē nr̄m in celo collocatur. quod bñ ꝑ priculare signum adiunctum innuit. per quod ab omibꝫ alijs hoībꝫ specificatur. Ipe em̄ sic singulariter homo existit vt nec primū simile visus sit nec habere sequētem. De cuius singularitate dic Job. xxxvi. Ecce deus excelsus & nullus ei simil' in legislatoribꝫ inuenitr. In verbis ergo huius euāgelij sūmatim ꝑstrictis gl'iosus iste & singularis homo ihesus xps quin q̄ nobis insinuat. que fidelit cōsiderata nō modicum nos emēdant. s. bonorum suorum distributōem. seruoꝝ negocatōem. negociatōnis rōem. bone rōnis remuneratōz. male rōnis damnatōem. Primū ibi: homo q̄dam &c. Secōm ibi: abijt &c. Tercium ibi: accessit &c. Quartū ibi: euge serue bone. Quintum ibi: serue male & piger. Hec ꝑ ordinez prosequētes. Primo dicamus de bonorum huius beati hoīs distributōe. qui viz bō

in ascẽsione pegre proficiscẽs hoc est ī celũ dedit dona hominibꝫ distribuẽs nobis sua bona ⁊ vni dedit quiqꝫ talẽta · alij duo. alij vno vnũ · vnicuiqꝫ ꝑm ꝓpriã virtutez. Sed ꝓ hoc quinqꝫ talẽta siue dona quiqꝫ corpis sensus accipim⁹: dicẽte Gre. pene eisdem verbis cũ subiũgit. Quinqꝫ talẽtis donũ quinqꝫ sensuũ videlicꝫ visus auditus gustus tactus et odorat⁹ exprimit · quos idcirco dñs nobis ꝓtulit vt lucremur in eis qđ nobis ꝓficiat ineternum. Hec breuiter dicta sint de mẽbro primo scꝫ bonoꝝ distributiõe ⁊c.

¶ Secũdo dr đ seruoꝝ negociatõe q̃ nos sum⁹. Qui ergo cũ bis quinqꝫ sensibꝫ tanꝫ cum quinqꝫ talẽtis vnlr negociari volueri debet vsum eorũ ad tria fidelr ordinare. ¶ Primo debet eos ab omnibus illicitis declinare ad bona ⁊ deo digna ordinare · et ex eorum abiectis meliora cogitare. ¶ Ideo dico debemus sensus nostros ab illicitis dclinare ne hauriamus ex eis quod intus in anima nos occidat · quia sicut dr ¶ Prouerbi. xxiij. Mors secus fenestras posita est · que si intrare ꝓmittit⁹ morimur coram deo. Nec sufficit vnum sensum ab illicitis custodire · sed oportet vt omẽs per diligẽtem custodiã obstruant⁹. Dicit enim Gre. Quid ꝓdest ciuitatem vndiqꝫ muniri · pateat aũt aditus ex vna pte. De visu dr Eccle. ix. Virginẽ non aspicias ⁊c · quia ꝓpter speciẽ mulieris multi perierũt. De auditu Esa · xxxiij. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem iste in excelsis hĩtabit. De olfactu dr Esaie. iij. Erit ꝓ suaui odore fetor. De gustu apostolus. Nolite inebriari vino ⁊c. De tactu qui cõmunis est sensus toti corpi dicit aplus · ij. Corin. vij. Bonum est mulierem nõ tangere. Scriptura enim ab oĩbꝫ illicitis ꝓcipit abstinere. Unde versus. Sunt sensus quinqꝫ quoꝝ mala sensa relinque. Quare? Quia isti quinqꝫ sensus ex corrupta natura ad illicita inclinati quinqꝫ sanctissimos ⁊ fortissimos homies ꝓstrauerũt. Nam visus ꝓstrauit euam · de quo Gen. iij. dr. Uidẽs mulier lignum q̃ esset pulcꝫ visui: comedit ⁊ dedit viro suo. ¶ Item visus strauit dauid · qui cum post multas ⁊ fortissimas victorias deambularet in solario domus sue vidit bersabee ⁊c. Secus sensus scꝫ auditus dicebat ad⁹ de quo dr Gen. iij. Quia audisti vocem vxoris tue plus cꝫ me maledicta terra in opere tuo. Simlr petrus: qui cum ad vocem vil⁹ ancille territus timuit mortem vitam negauit sicut Mat. xxvi. ⁊ Joh̃. xviij. legit⁹ manifeste. Tercius sensus. s. olfactus vicit iudam · qui cum sensisset odorẽ vngenti effusi super caput ihesu indignãdo ⁊ murmurando dixit. Ut quid perditõ hec ⁊c · qui male ꝓficiens vsqꝫ ad dñi ꝓditõem · venditõnem · desperatõnem · ⁊ suũpius occisionẽ miserabiliter peruenit. Quartus sensus gustus vicꝫ infatuauit esau · qui illectus ex rufa lẽticla vendidit primogenita sua · de quo dr Gene. xxvi. Coxit iacob pulmẽtum: ad quod cum venisset Esau lassus de agro ait. Da michi de coctõe tua hac rufa. Cui dixit iacob. Vẽde mihi primogenita tua. Ait ille respondit En moriꝝ quid mihi ꝓderũt primogenita Et sequit⁹. Sic accepto lẽtis edullio comedit ⁊ bibit pensendens q̃ primogenita vendidisset. Quintus sensus tactus videlicet: strauit sampsonẽ piter ⁊ salomonẽ · quorum alter fortissimus in scriptura · alter vero sapientissimus memorat⁹. ¶ Secundo hi sensus ab illicitis custoditi ⁊ abstracti debent ad obiecta deuota ⁊ deo digna fidelit⁹ ordinari · vt eadem obiecta ꝓ ymaginatiõꝝ ad interiora trãsmissa aĩam ad deuotõnem afficiãt: dirigẽdo scꝫ visum ad primoꝝ miserias ꝓpter cõpassionẽ ⁊ ad sanctoꝝ mores auditum ad ꝑdicatiões edificatorias ꝓpter vite emẽdatõem · gustum ad refectõnes necessarias ꝓpter solam corpis sustẽtatõez · tactum ad exercitatões duras ⁊ asperas ꝓpter dei imitatiõem · ita videlꝫ vt singuli sensus tanꝫ famuli fidelr obsequẽtes dñe sue aierõnali certatim ad interiora deuotas materias offerãt vt ipa aĩma tanꝫ sapiẽs mulier ad fructuꝫ meritoꝝ se valeat excitare. De his duobꝫ exercitijs videlꝫ sensuũ ab illicitis abstractõne ⁊ eorũdem ad obiecta bona ordinatõne dr Eccle. vij. Melius est ire ad domum luctus cꝫ ad domũ cõuiuij ⁊ de eisdem Gerñ. Habeat deuotus homo familiam sensuum suoꝝ sic ordinatã ⁊ disciplinatã vt dicat huic. Vade ⁊ vadat · ⁊ alio veni et

veniat ꝛc̃ ¶ Tercio ex obiectis sensuꝫ debemus meliora cogitare. ipa obiecta solicite estimãdo dicẽtes singulis que sensibus nostris obijciunt. Quid sibi vult istud? Et inuenietis si iuste ea estimabimus q̃ nihil penitus cõtinent vtilitatis: verbi gratia Si visus viderit pulcra. auditus audiat dulcia ꝫ gustus sentiat suauia nõ illic resideãt: sed ex his cogitẽt boni viatores meliora. scz dei pulcritudinẽ. celestis armonie dulcedinem ꝫ sic agaf de reliquis. ¶ Hinc Bern̄. ¶ Prudẽs estimator rebꝰ vtit̄ p speculo ꝫ in omni eo quod cernit sui amatoris resultat memoria aspicit cũcta que cõdidit ꝫ quo cõdiderit fine: atq; ex arra dilectõnis quam p̃contulit sapiẽter estimat quãta seruauit in dotẽ: nec dubium quĩ creator sibi meliora reseruauerit q̃ dederit creature. Talia sunt ergo p̃sentia licet multa ex eis pulcra ꝫ dulcia appareãt. sed optima sunt que signant q̃ patet per Esa. qui omnia p̃tia vocat somniũ dicens. Sicut somniat esuriẽs et comedit: cum aũt fuerit expergefactus vacua est anima eius. ꝫ sicut somniat sitiẽs ꝫ bibit ꝫ post̃q̃m expergefactus fuerit lassus adhuc sitit. sic erit multitudo omniũ gentiũ que dimicat p̃ tra montem syon diligẽdo tpalia plusq̃ tm. quod exponẽs Greg. dicit. Sepe cõtingit dormiẽti inopi vt se per somniũ diuitez videat: atq; eisdem rebꝰ animuz extollat letatur se habere quod nõ habet. sed repente e vigilãs dolere incipit qui diuitias q̃ imaginẽ dormiẽs tenebat. ꝫ tũc gemit sub paupertatis pondere. qui se credidit diuitias possidere. Oz si scripture non credimus tẽpus p̃teritum quod vixim⁹ ad memoriaz reuocemus ꝫ inueniemus q̃ oia p̃terita nihil differũt iam a somno. cogitet ergo qui poterit si expediat p̃ breui somo p̃ius vite eternam vitã perdere: ꝫ cum hoc damno penas ppetuas sustinere. ¶ Tercio videndu⁹ ẽ de sensuũ nostroz tanq̃ talẽtoz reddẽda rõne. quod intelligit̄ in eo quod dr. ¶ Multuz vero tẽporis venit dñs seruoz illoz ꝫ posuit rõnem cum eis. Hoc autem tẽpus est tps mortis: in quo cum singulis nobis ponit rationem cum vsura exigens quod commisit Deus enim qui in ascẽsione ꝑegre p̃ficiscẽs ascẽdit in celum. in morte singuloz reuertit̄ rõnem exigẽs de talẽtis. Quo aũt a nobis rõnem exigat: ipe iudex nobis insinuat per Esa. xxxij. vbi dicit. ¶ Ponam in pondere iudiciũ ꝫ iustitiã in mẽsura. Judiciũ aũt in pondere ponere est iudicare nos s̃m pondus boni ꝫ mali quod cõmisimus coã deo verbi gratia. ¶ Peccata nostra in dei iudicio ponderant̄. vtz cõmissa sunt ex ignorãtia vl̃ malicia vel infirmitate. vtz ex subreptõe vl̃ intẽtione vel etiam morosa deliberatõe. Similr bona nostra ponderant̄ si difficilia aut dua vel leuia si ex deuotõe vel leui affectõne vtz voluntarij vel coacti obtulerimus ea do. ꝫ s̃m hec pondera boni ꝫ mali. merita vl̃ demerita. punitõem vel cõsolatõem. dãnatiõz vel glorificatõem reponderat nobis dñs. qa sicut dr. puerbio. xi. Equũ pondus voluntas eius. nam de reponderatõe maloz dr deute. xxv. ¶ Eo mẽsura peccati erit modus plagarum. ꝫ in Apoca. xviij. Quãtũ glificauit se ꝫ in deliciis fuit: tãtum date ei de tormentis. Modus aũt remetiẽdi bona erit sine modo dicẽte apl̃o. ij. Corin. iij. Id quod momentaneum est in pñti ꝫ leue tribulationis sup̃ modum in sublimitatẽ eterne glie pondus operatur in nobis. Hinc ij. Philippoñ. x. Ego maius pondus apponã. Similr iustus iudex ponet cõtra nos iustitiã in mẽsura. bõa nostra ꝫ mala mẽsurat̄ q̃diu ea fecerimus si in lõgum ea vel vsq; in finẽ cõtinuauim⁹ virtutem p̃seuerãtie attingẽtes: vtrum circa horam terciam sextam nonam vel undecimam ad lucrãdum exiuerimus. ꝫ s̃m hãc diuersitatẽ nostra negociatio a dño iudicat̄ ꝫ s̃m hoc bona p̃ bonis mala p̃ mal' nobis a dño remeti⁹ unt̄. ita sane vt in momẽto ictu oculi ad infernum vel purgatoriuz vel etiam in celum s̃m exigẽtiam negociatõnis quã fecimus in talẽtis ictu rapidissimo trãsferamur ¶ Quarto dicẽdum est ꝺ bonarum negociationũ remuneratõne quam intelligimus in eo quod dr. Euge serue bone ꝛc. verum quia in horum talẽtoz negociatione triplex est difficultas. s. resistentia. carentia. contrarietas dei reminiscẽtia. ideo deus dat nobis tripler p̃miuz illi triplici difficultati correspondẽs. s. dei dilectiõez. spũalem

cõsolatõem·eternam glorificatiõem. ℣Pmo dico quia magna est difficultas in refrenatõne sensuum: quos in chamo ⁊ freno oportet cõtinuo cohiberi·ideo remunerat nos deus dans nobis suam dilectiõem vt cuz illa nõ amamus auertẽtes omẽs sensus ab eis deũ amare dulciter incipiamus·ipa eñ terrena spreta ⁊ cõtempta vrgent nos ⁊ quasi stimulãt ad amãdum deũ. ℣Alia eñ ad ymaginem dei qui amor est creata: insitum hẽt naturalr amorem·qui cũ cõpiscit amare sẽsibilia cogitur amare deũ. ℣Hinc Augustin? Cuz exhauseris cor tuũ ab amore mũdi hauries amorẽ dei ⁊ incipit inhitare caritas de qua nihil mali potest pcedere. ℣Scõdo magna est difficultas carere sensibilibꝫ·de q̃bus delectatõnes plurime hauriunt dicente ꝑ plxra ex pson secularibuz. ℣Delectasti me domine in factura tua ꝛc. ℣Ideo loco corpaliuz delectationũ exhibet nobis deus spũales cõsolatõem·dãs seipm nobis in quo delectabiliter fruemur omibꝫ his spũalr que corporaliter diuisimus ꝓpter deum·vt qui visui nostro corpali subtraximus pulcra sonora auditui·olfactui suaue olẽtia·gustui dulcia tactui leuia: bis in infinitũ melioribꝫ in deo spũaliter perfruemur·quod expsse insinuat nobis Aug. di. ℣Quid amo cum te amo domine deus meus nõ spẽm corpis nec cãdorem lucis amicũ oculis·nec dulces melodias delectabiles auribꝫ·nõ florum vngẽtoꝝ aromatũ suaue olẽtia·non mãna ⁊ mella q̃ reficiũt gustũ·nõ mẽbra acceptabilia carnis ãplexibꝫ·non hec amo cũ amo deũ meum.⁊ ñ amo quãdã lucem ⁊ quãdã vocẽ ⁊ q̃ndaz odorem ⁊ q̃ndam cibum ⁊ quẽdã amplexũ interioris hominis mei·vbi fulget aĩme meeqd̃ non capit locus·vbi sonat qd̃ non rapit tẽpus·⁊ vbi olet quod non spargit flatus·⁊ vbi sapit qd̃ non minuit edacitas·⁊ vbi hꝫ ret quod nõ diuellit societas·⁊ hoc est quod amo cum amo deũ meũ. ℣Item Bernñ. ℣Dei est iustis forma specioſissima ad oculuz·armonia delicatissima ad auditũ. odor suauissimus ad olfactum·sapor dulcissim? ad gustum·amplexus delectabilissimus ad tactũ Cum igr aĩma habeat quinqz sensus spũales sicut corpus quinqz sensus corpales·quere nuit ꝓpter deũ in corpalibꝫ delectari meretur vnqz ñ spũalibꝫ cõsolari· ℣Tercio quia magna est difficultas in cõtinua dei remiscentia ꝓpter difficultatẽ quã sustinemus ex sensuũ cohibitõe·ideo remunerat nos deus ꝑ eternam glificatõem·⁊ hoc est quod ꝓmittitur nobis·i. ℣Re. ij. ℣Qui glificãt me glificabo ⁊ ego eos·ac si di·℣Qui glificãr me hñdo me semꝑ p̃ oculis·⁊ hospitãtes me in cordibus suis per cõtinuã rememoratõem: glificabo ⁊ ego eos deificãs eos per eternã glificatõem ℣Quarto ⁊ vltimo dicenduz est de male rõnis dãnatõne que intelligit ñ eo quod dr. ℣Serue male ⁊ piger·vsqz ⁊ seruum inutilẽ ejcite in tenebras exteriores. i. in penas eternas. ℣Qui eñ volens cadit in tenebras interiores culpabilis consciẽtie: merito mittit in tenebras exteriores. dãnationis eterne. ℣Pena aũt eterna dr triplicit generalis. ℣Primo ꝓpter oĩm penaꝝ cõiũcti onem·℣Hinc. iij. ℣Re. ix. dr. ℣Quia derelique runt dñm deum suũ idcirco induxit sup eos dñs oñe malum·qui aũt dicit oñe nihil excipit. ℣Unde cum p̃s multas penas numerasset di. ℣Ignis grãdoz ꝛc. adiecit· hec omia ps calicis eoꝝ. ℣Hinc ℣Eze. xvi. ℣Ecce ego congregabo sup te amatores tuos cum vniuersis quos oderas ꝛc. ℣Scõdo pena damnatoꝝ generalis dr. quia totũ hoiem intus ⁊ extra in corpe ⁊ in aĩma ⁊ in omnibꝫ sensibꝫ mẽbris ⁊ corpis ptibꝫ cruciabit·quod flẽs predixit dñs Luce· xix. di. ℣Quia venĩt dies in te vsqz ⁊ coangustabũt ꝛc. ℣Tercio pena dãnatoꝝ generalis dr. quia oĩa peccata cõmissa semꝑ ardebũt·nec vnum ex omnibꝫ quã tumlibet mĩmum vnqz poterit cõsummari: dicẽte dño ℣Mat. v. ℣Amẽ dico vobis nõ exeat inde donec reddat nouissimũ quadrantem·vocãs quadrãtẽ nouissimum minimũ peccatum. ℣Hinc ℣Gre. ℣Qui de magnis malis debitores sunt supplicijs traditi etã nouissimum quadrãtem solue̅. ℣Illis eñ minima pcutur qui maiora mala districte deflenerunt·quos aũt magna ꝓmunt etã mala mĩma in gehẽna pariter affligũt. ℣Igr quia cõfessor iste talẽta sibi cõmissa a deo ad lucrum posuit ideo meruit in eccia clr sublimari·cuius meritis ⁊ ꝓcibꝫ interuenientibꝫ

celestiū bonorum cōsortes fieri mereamur.

XV Sermo de sancto agnete virgine.

DEspondi vos vni viro virginē castam exhibere xpō.ij.Corin.xi.Dic Bern̄ ꝑ Tria sūt que mātimoniū carnale cōstituūt: que etiā spūa liter intellecta matrimoniū perficiunt spūale. Sunt aūt ista tria scz despōsatio. subarratio. cōsummatio. Ac primum.s. despōsatōem cōsensus nubentiū comportatur. p scōm.s. subarratōem ratificaf. per tertiū vi delicet corpm cōiunctōnem mātimonium cōsummaf. Est tamē dīa inter hec duo matrimonia. quia in carnali matrimōio corpora. in matrimonio vero spūali corda transferū tur. In verbis ergo ꝓpositis ꝑdicta tria matrimoniū cōstituētia intelligunf. Nam ideo ꝙ apostolus dicit. Despondi: tāgit despōsatōnem quā ipe verbis & doctrinis inter animas fideliter comportauit. In eo autem ꝙ dicit virginē castā: tāgit subarratōem. nā virginitas arra est dicēte Bern̄. Ad vnusquisq; a deo singlr accepti hoc illi arra est: In eo aūt ꝙ subiūgit exhibere xpō tāgit matrimonij cōiunctōem. In his tribꝰ gloriatur beata agnes mātimoniū inter se & deum ꝓficiter cōsummatum. Nā de primo. s. de dispōsatōne dixit iuueni qui eā adamauit et eam sibi desponsari desiderauit. Ipi sum desponsata cui ageli seruiūt &c. De scōo. s. subarratione itez gloriaf subiūgēs. Armlo suo subarrauit me dns meus ihesus xps & tāgz spōsam decorauit me corona. De tercio pergit itez gliari di. Jam amplexibꝰ xpi castis astricta sum & corpori eius sociata. ipi iuncta sum in celis quem in terris posita tota diuotione quesiui. & hec d mātimonio beate agnetis que iam sponso suo deo in celis eternalr copulata est breuiter tacta sufficiāt. Nūc stilum ad mox nostrox edificatiōem cōuertētes & discētes qūo & nos possimus sed? nupciarum cum deo inire & cōtrahere vt & nos sibi matrimonialr copulari in eternū in celis cum ipo viuere valeamus Q Ꝓpter quod sciēdum ꝙ aīma ad ymaginē dei facta in sui creatōne in libertatē quandam posita est in qua libertate ad bonū & ad malum se poterit inclinare. hns nichilominus rectorē liberum eius arbitriū videlicz gubernātem se & regētem. & sic inest ei inter vitam & mortem. inter lucē & tenebras. inter bonū & malum cognitio iudicij & optō eligendi: que voluerit ita vt hac libertate facta potēs sit bonum facere siue malum. Stāte itaqz anima in hac libertate nō declinās amorem suū in hoc vel in illud per cōsensum. tūc dei & omis creatura certatim desiderat sibi animam desponsare. omibꝰ acclamātibus. o si trāseat ad nos. Nec mirꝝ ipa em̄ est domina mōdi & nobilior omi creatura. & ideo omnia que sunt. petūt eam mādātqz ei per sensus corpis tāqz per nūcios vt sibi cōsentiat. & ꝑ cōsequēs alqs renūciet. hoc faciunt diuitie. hoc delicie. hoc honores. hoc dignitates. hoc potestates. hoc singula & vniuersa apud animam temptare nō cessant & singula istorū ꝓmittūt ei sufficientiā licet soluere neqant quod ꝓmittūt. Interque omia deus etiam ad eam nūcios suos mittit. mādans ei per Jhere. ꝓphetā. Auertere ad me & ego conuertar ad te. & Cāt. j. Ostende mihi facie tuam soror mea sponsa. hoc est: inclina ad me cōsensum tuū. Hāc dei & oim creaturarum desiderabile acclamatiōem āmirās paulus dixit. ij. Corin. iiij. Spectaclm facti sumus mdo. angelis & hominibꝰ quod exponēs dicit. Q; lita est vt oculi oium sint in nos: nostri quo abierūt aut quare ipi soli recesserunt a nobis a dextris & a sinistris tāto stupdio circūspecti soli nos dissimulamus ispicere vitā nrām. Dicūt em̄ singuli si ad nos perrāseat licet in rētōe dissimili. nam deus nos desiderat vt nobis ꝓficiat. mundus vt decipiat. dyabolus vt interficiat &c. Nam d malis angelis & hominibꝰ dicit ps. Ve expectauerūt peccatores vt perderent me. de bonis autem idē ipe dicit. Ve expectant iusti donec retri. mihi. His itaqz acclamatōnibꝰ dei & oim creaturaꝝ in lōgū cōtinuatis hrū maxima hoim multitudo plus credēs sensuum vanitati vtpote pūtibꝰ qz fidei veritati. de absentibꝰ & futuris abit & consentit in creaturas renūciās creatori. dicitqz illd Exodi. iiij. Sponsus sanguinum michi es. ac

si dicat. Si te deum in sponsuz elegero vis tñ nostrꝫ sudorem nñm laborem: ⁊ vt pro te sanguinem nñm fundamus. dicitꝫ illꝰ iob Recede a nobis sciam viaꝝ tuaꝝ nolumus ⁊ quis est dñs vt seruiamus ei. Sicꝫ contingit vt dño dicẽte Luce. xiiij. alius vadat ad villam suam spectãdum. alius ad iugapbãdum. alius ad vxorẽ suã ad deliciãduz dicẽtibꝫ singulis ad nuncios dei. Rogo te habe me excusatũ ⁊ sic relicto deo adherentes creature. tãdem aliqñ miseri experiunt licet sero qꝫ ista sensibilia multa ꝓmiserunt ⁊ paꝝ soluũt. iuxta illud Eccles. xx. Exigua dabit ⁊ multa improperabit ℟ Hic autem error ex triplici cã surgit. s. qz bona mũdi sũt pñtia. apparẽtia. boni reputãtia. Ideo dico qꝫ iste error surgit ex visibilium pñtia que vndiqꝫ sensibꝫ nostris se ingerũt. Deꝰ autem ⁊ eius bona mẽ iam vident. ⁊ ideo mens assueta pñtibꝫ ad ista visibilia facilie se inclinat dicens illud Sap. ij. Fruamur bonis que sunt ⁊ nõ ꝑtereat nos flos temporis. hinc Bern. Nisi mens districte seuerita tis freno ab his sensibilibꝫ se cõtinue retraxerit nolens in ea labi. ⁊ in eis inuita delectabiliter requiescit. Secõ iste error surgit ꝓpt apparẽtiam qđ taliter est videndũ. Deꝰ enim indidit aĩme rõnali naturalẽ appetitum vt appeteret summũ bonum qđ est deus: cõtinens in se veraciter oẽ bonum. Ipe autez cupiens nos ad se allicere bonorum suorum vmbrã ⁊ quãdam similitudinẽ licet tenuez sparsit in creaturis. non vt illa nos deciperent sed ad deum trãsire inducerẽt: rõcinantes sapiẽter ⁊ dicentes. Si hec trãsitoria habent aliquid pulcritudis vel dulcedinis ꝛc. qualia sunt in deo qui hec oĩa creauit. Unde Bern. Nostra desideria in tribꝰ sunt maxime cõstituta. s. in eo quod decet. quod expedit. ⁊ quod delectat. Nec tria cõcupiscim? omẽs sed alius magis hoc: alius magis illud. Alius enim sic deditus est voluptati que delectat: vt nec quod decet. i. honorẽ. nec qđ expedit id est diuitias quicꝫ curet. alius autem questui incũbens. honestũ dissimulat et iocundũ. alius aũt voluptatis pter ⁊ vtilitatis negligentior solum vel maxime sectat honorem: nec reprensibile esset desiderium eoꝝ si vbi veraciter inueniunt hec quererẽt. que vere sunt in deo. Et quia hec sensibilia apparẽter oñdunt in se quod veraciter est in deo: ideo aĩma summũ bonum somniãs credit se posse inuenire illud in istis trãsitorijs ⁊ caducis cõtenta signo ꝓ signato. ⁊ sic creature que debẽbãt allicere ad deuz facte sunt in deceptõem stultis homibꝰ iuxta illꝰ Sapi. xiiij. Creature facte sunt in deceptionez ⁊ tẽptatõem hoĩm ⁊ in muscipulã pedibꝰ insipientium. ¶ Tercio iste error surgit ex eo qꝫ in primo aggressu spũalia hñt difficultatem: pñtia autem aliquid ꝓferunt cuz quadã falsitate. etiã quia qui ĩ pñtia eligũt florere ⁊ iocũdari ꝓmittunt ꝓm illud psal. Dimisi eos ꝓm de. coz. eo. Qui autem deum eligũt duris ⁊ cõtinuis laboribꝰ exercẽtur. Unde Job. x. Si iustus fuero nõ leuabo caput saturatus afflictõe ⁊ miseria. Super quod Gre. Justus labore sui certamis afflictus caput leuare nõ sinit. vt hic ꝑfus a perpetua afflictõe liberet. Ex his ergo causis ⁊ multis similibꝰ omẽs pene relicto deo ad trãsitoria se cõuertũt. Interim tñ benignus deus cõtemni se videns reuocat nos cõtinue. ⁊ suis cõemptoribꝰ vt redeant etiam ꝓmia repromittit clamans post tergũ illud Canti. vi. Reuertere sunamitis. nũc per cõminatõem nunc per supplicatõem vocans abeuntes. Nam de comminatõe dr Osee. ij Dixisti vadã post amatores meos: qui dãt panem mihi lanã linum et oleum. ⁊ sequit cõminatõ. Ecce ego sepiam vias tuas spinis ⁊ sepiam eã maceria ⁊ vias suas nõ inuenient. De supplicatõne vero dr Jheremi. iij. Vulgo dr. si dimiserit vir vxorẽ ⁊ recedens ab eo duxerit alium. nũquid non polluta ẽ. nũquid reuertet ad eam vltra. Tu aũt fornicata es cum amatoribꝰ multis: tamen reuertere ad me ⁊ ego suscipiam te dicit dñs reuertere auersatrix ⁊ non auertã faciẽ meã a vobis quia sanctus sum ⁊ non irascar in ꝑpetuum. Dr si aĩa ex his in ꝓfundo cordis intrinsecus ad pñiam permota fuerit dicẽs ex omni affectu omnibꝰ suis amatoribus ⁊ mõi vanitatibꝰ illud Esa. xxvij. Recedite a me amare flebo. In quibꝰ verbis indicit sibi a peccatis cessatõnem ⁊ de commissis cõ

tritõem ⁊ si sic ad deum pfecte conuersa fuerit dicens illud Osee.ij. Uadã ⁊ reuertar ad virz meum priorẽ quia bñ mihi erat tũc magis qz nũc iurans ⁊ statuens in reliquũ custodire iudicia iusticie sue. renũciãs priorib amatoribz antecz compleat verbum illud dicit deus. Ecce assum dans ei anulum in manũ suam per quẽ sibi aiam desponsabit. vt ⁊ nos cum beata ista virgine agnete dicere possimus. Anulo suo subarrauit mẽ. Ex hoc mutuo cõsensu desponsatio est completa. Secũdo deus suam sponsam taliter vt dictum est ad se cõuersam tribus munusculis subarrabit. ex quibz decẽter ornata redditur deo grata. Primo dat ei tanqz monile adornans pectus ab omnib peccatis plenam puritatem. De quo ornatu gloriat Esa.lxi.di. Induit me dñs. vsqz q̃si sponsam ornatam monilib suis. Secũdo dat ei anulum adornãtem manũ. i. meritorie actõnis acceptabilitatẽ. vt cui nõ lõge ãte dictum est illud Esa.i. Non accipiaz munus a vobis. manus em̃ vestre sanguine plene sunt etiã quãtũcunqz magnuz. nunc aũt quãtũcunqz minimũ gratãter accipiat. dans p eo premiũ semp durãs. intm̃ vt eti am p potu aque frigide p̃miũ ei donet. dicẽ em̃ Gre. Loz ⁊ non substãtiã pensat deus: nec perpendit qz tum in eius sacrificio: sz ex qz to offertur. quia ante dei oculos nũqz vacua est manus a munere: si archa cordis repleta sit bona voluntate. Iste est anul⁹ quem pater luca attestãte iussit dare filio reuertenti dicens. Date anulum in manu eius. De hoc anulo gliata est virgo de qua in p̃ti est nobis sermo cum dicebat. Anulo suo subarrauit me. Tercio subarrabit deus sponsã suam: ponens coronã in capite suo. p quã conueniẽter intelligimus regalẽ dignitatẽ. vt q̃ non lõge aĩ abominosa meretrix est vocata. Ihere.iij. Sub omni ligno frõdoso tu p̃sternebaris meretrix. Nũc cõuersa ad deuz nominetur amica soror colũba sponsa mollis tenera. ⁊ quicquid delicaci⁹ potest dici. his enim omnib nomib deum legimus ip̃am nomiare. ⁊ cui prius dictũ est Esa.xlv. Descende sede in puluere filia babilon sede in terra. tace intra tenebras. quia nõ vocaberis vltra dña regnoz. Nũc ei cõuerse ad dñm dr in eodem.xlvij. Erũt reges nutritij tui ⁊ regine nutrices tue. vultu in terra demisso: ⁊ adorabũt te ⁊ lingẽt puluerẽ pedum tuorum. de hac corona dr per Eze.xvi. Dedi coronam decoris in capite tuo. ⁊ ecce tps tuuz tẽpus amantiũ. In quo verbo sponsa trahitur ad aliud genus deuotõnis: vt nõ quẽ cunqz dei sunt desideret sed ip̃m deum cupiat. nam per hãc coronã nobilis facta incipit grãdia postulare ⁊ que excedãt omne meritum desiderare. Tercio post p̃dicta mũimonium feliciter cõsummat quod tũc cõtingit cum aĩa sancta ex donis actorum supra modũ nobilitata: ⁊ ex verbis vtimi dicti scz. Tẽpus tuum tẽpus amãtium provocata. ⁊ quid petere debeat informata incipit audere magna. ita vt in ip̃m deuz vt vermat ⁊ quod cepit compleat ex medullis cordis dirigat vota sua. dicens cõtinuo clamore illud Cant.vij. Veni dilecte mi. nam vt ait Berñ. Desideriũ vox est ⁊ valida. Inq̃ desiderio cum aliqz diu decocta fuerit venerit desideratus ⁊ ruit in amplexus dicens. Ecce assum afferẽs secum oĩa que delectant que licz ineffabilia sint vtpote excedẽtia omnium intellectũ vt dicit Berñ. Q̃ ea que i spũ agunt non verbo docenti sed spũ reuelãtur. est enim mãna absc̃ditum quod nemo nouit nisi qui accepit. ex omnib tamẽ istis gratijs tres tantũ depingimus verbis quibus possumus. Nam in hac dei ⁊ aĩme conuõctõne affectus hom̃is inflãmat ad dñi ssimam delectatõem. intellectus illuminatur ad secretoz reuelatõem. totus status interioris hominis ineffabilib gaudijs iocundatur: sicut ab eo cognouimus. qui repletus bonis istis eua pozabit ea nobis Augu. vicz sic di. Quid est illud dulce quod in recordatione dei me tãgere solet ⁊ tam suauiter afficere. vt iam totus quodãmõ a memetipo alienari: ⁊ nescio quo abstrahi incipiã subito innouor ⁊ totus immutor. ⁊ bene michi esse incipit vltra qz dicere sufficiã. exhilarat conscia. in obliuionẽ venit omnis p̃teritoz doloz miseria. exultat animus. clarescit intellectus. cor illuminat. desideria iocundant. iamiãqz alibi nescio vbi me esse video ⁊ q̃si

amplexibus amoris intus teneor: et nescio quid id sit: et tñ retinere id semp et nunqꝫ p̄ vere toto nisu laborare lucratur quodāmodo delectabiliter animꝰ ne recedat ab eo qđ semp amplecti desiderat: qñ si in illo desideriorū omniū finē inuenerit sūme et ineffabiliter exultat vt nihil amplius qrens nihil vltra appetens: semp sic esse volens. Nūquid ille est dilectus? Clere ipe est dilectus meus qui visitare me venit. Non vt totū infūdat se intus: sed vt gustandū p̄beat se: non vt impleat desideriū: sed vt trahat affectū. Et hoc est qđ maxime p̄tinet ad aram despōsationis. qui ille qui in futuro se tibi dendū et perpetua possidendū dabit. nūc aliquādo vt qꝫ dulcis sit agnoscas: se tibi gustandū p̄bet qui viuit ac regnat ꝛc̄.

XVI. De sancto fabiano et sebastiano.

Iusti autem in perpetuū viuent. Sap. v. Dicit beat⁹ Aug⁹. Justicia est virtus generalꝫ cōprehendens totꝰ anīe rectitudinē: que p̄sistit in dicta ordinatiōe hominis ad deū: ad se et ad p̄ximū. Ex q̄ patet qꝫ oīe quod sortit veraciter rōez boni in virtute iusticie p̄tinet. Et qꝫ iusticia est optimū in merito. iō p̄mittit ei optimū in p̄mio: scz vita eterna. intra illud ps. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo ꝛc̄. vsqꝫ. qui operatur iusticiā. Q. aūt vita eterna sit optimuz in premio. ostendit Bern. sic dicens. Homines desiderant aurū et argentū: sup oīa autez hec desiderant vitā. Omnia enim q̄ sunt: naturali desiderio vitā cupiūt. Q. si vitā hanc miseraz oia desiderāt. q̄nto desiderio āplecteda est vita beata: in q̄ nulli⁹ rei ē penuria in eternū. Ad quā vitā eternā per meritum iusticie pueniꝫ. sicut p̄z in verbo p̄posito. Justi in perpetuū viuent ꝛc̄. ac si dicatur. Qui vitam eternā que est sūmū bonū desiderat: fiat iustus. qz ad hanc solū p iusticiā pueniturꝫ. qđ p̄siderantes glorioſi isti martires iusticiam ad deū: ad se et ad p̄ximū strenue exercebant: dantes deo sincerā charitatem: sibi durā et amaram penalitatē: primo veritatem. ostendendo ei verbo et exemplo viaz veritatis. et hec p̄ memoriā scr̄oz: dātes alijs occasionē diffusius loquēdi dicta sufficiant Verbū p̄positū prout nr̄e edificationi expedit: q̄ntū dñs dederit exponentes. In quibꝰ duo intelligimus: scz meritum et p̄mium. Meritū in eo qꝫ dicit. iusti. p̄miū in eo qꝫ subiūgit in perpetuum viuent. Sed qz ſm gregoriū nemo infima deserens repente fit sūmus. sed velut quibusdā ascensorijs gradibus p̄ incrementa p̄fectū quotidie pueniturꝫ quousqꝫ tandē aliqñ ad perfectōis celsitudinē assurgam⁹. Ideo sciendum qꝫ ad perfectionē iusticie attingendā septez gradibꝰ p̄uenimus: scz fidei assertione. spei erectione. fideli p̄fessione. strenua exercitatione. elemosinarū largitione. mandatorꝫ executione. iusticie operatione. Hec per ordinez p̄sequēntes primo dicim⁹ qꝫ iusti erimus p̄ vere fidei assertionē. Notabiliter aūt vere fidei dicimus ad excludendū fidem mortuaz siue fictā. Fidem aūt mortuā dicim⁹ illam: que fidei opa nō adiungit. dicente Jaco. ij. Quid prodest si fidez quis dicat se habere: opera aūt nō habet. Nunquid fides poterit saluare eū? nā et demones credūt et p̄tremiscunt. Sicut enī corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine opibus mortua est. Hinc gregorius. Fidei nostre veritatem in vite nostre p̄sideratiōe debemus agnoscere Tunc enim vere fideles sumus si quod verbis p̄mittimus opibus adimplem⁹. Fictā etiā fidem illā dicim⁹: que et si opa habeat: charitatem tñ nō adiūgit. Illud enī fictum dicim⁹ qđ apparet et nō existit. Illam q̄ fidē fictam dicim⁹ q̄ per fidei assertionē et opationem apparet: sed p dilectionem non existit Oportet ergo fidem veram et viuā per dilectionē et operationē p̄ter et assertionē existere: que duo tangit ap̄s ad Gal. v. cum dicit. Neqꝫ circūcisio aliquid valet neqꝫ p̄putium: sed fides q̄ dilectione operat. Per talē enim fidez xp̄s habitat in cordibꝰ nr̄is. ex cuius p̄sentia erimus statim iusti. Q. aūt per talem fidē iusticiā p̄sequimur scripturarū testimonio attestatur. Dicit enī Gen. xv. Credidit abraam deo et reputatū est ei ad iusticiā Item abacuc. ij. Justus ex fide sua viuit. et paulus Ro. i. et ad Hebre. x. Justus meꝰ ex fide viuit. Verū qđ talis nō frustra credit

sed erigit hominē ad sperandū: ideo vt iust⁹ ex fide iustificetur adhuc vlteri⁹ ꝓcedatur.

Scdo ergo iusti erimus ex nostre spei erectione: spem nrām ad deū fiducialiter erigentes. quā vt potenter possim⁹ erigere tria debemus deuote ꝓsiderare scz promittentis veritatē: volentis caritatem: ⁊ oīpotentis facilitatem. hec tria si deuote ꝓsiderabimus spem nrām ad deuz erigunt supra modum. Hanc nrām spem conabat erigere Bernc̄ū dicebat. Si decreuerit deus saluare nos continuo liberabimur si viuificare voluerit vita in voluntate ei⁹ est si premia eterna largiri licet ei qđ vult facere. ⁊ subūgit predicta tria dicēs. Quādo em̄ speranti in se potest deesse illa veritas tam veraciter promittens. illa caritas tam dulciter stringens. illa maiestas tam potenter soluens. que tāto affectu rogat in se sperari. ꝙ autē tanta spes constituat iustū sine iusticiā tribuat dicitur ꝑuer. xxiij. Justus vt leo ꝓfidit. Talis em̄ fortis spes hoiem facit fortissimum nihil timens nihil metuens sicut leo: qui ad nullius pauebit occursum vt dicit ibidez. sic homo qui totā spem suā in deū posuit nihil timet. Tertio amplius iustificabimur ꝑ fidem ꝓfessionē accusantes nos super oīa iniusticia: quā meminimus nos ꝓmisisse. In eo aūt ꝙ nrām iniusticiā accusamus displicentes nobismetipis: in hoc iam iusti apparebimus coꝝ deo. Naz accusanti iniusticia remittitur: illa aūt iniusticia dimissa statim iusticia subornatur. qz nō est mediū ponere inter illa. Qđ aūt ꝓfessio iustū constituat dicitur ꝑuer. xxiij. Justus prior accusator est sui. Est aūt triplex ꝓfessio: mētalis. sacramentalis ⁊ generalis. Mentalis quādo ꝓpunci intrius humili recognitōe deo mentaliter ꝓfitemur. de ꝙ dicit in ps. Dixi confitebor aduersum me dño. et illud. Cogitatio hominis ꝓfitebit tibi. Sacramentalis illa dicit que per xp̄m instituta ꝑ aplos ꝓmulgata est ꝙ consueto vsu sacerdotibus clauem habentibus ꝓm morem ecclesie ꝓfitemur. de qua Leui. xiij. Plaga lepre si fuerit in hoīe adducetur ad sacerdotē. Et pertius aūt in nouā lege Matth. viij. cū cuidam leproso mūdato dixit ihesus. Vade ostende te sacerdotibus hinc. i. Johan. i. Si ꝓfiteamur peccata nra fidelis est deus ⁊ iustus vt remittat nobis peccata nostra. Generalis dicit que in articulo necessitatis fieri potest cuilibet xp̄iano. de ꝙ dicit Aug⁹. Tanta est virtus ꝓfessionis. vt si desit sacerdos in articulo necessitatis: confitens habens desiderium ꝓfitendi potest cuilibet ꝓfiteri. Verū quia nō valet ꝓfessio nisi satisfactio subiūgatur. Quarto iusticiā ꝓsequimur per strenuaz opationem: exercētes nos fideliter in oīm genere boni per que speramus nos deo posse placere. Hec autē iusticia necessario iūgitur ad predicta. quia nec fides nec spes nec cōfessio quicqz ꝓderit nisi opa adiungant. maxime si ad huiusmodi exercitia tp̄us accesserit opportunū.

Hec aūt opera in triplici genere exercentur nec extra illa aliqđ exercitiū potest esse: scilicet cogitatiōe. locutione ⁊ opatione. ⁊ in his occurrit tibi campus latissimus spaciandi. In cogitatione ꝙ cogita tua defectuosa. dei beneficia copiosa. mūdi ruinosa. dei magnalia gloriosa. ⁊ ex his nra deuotio excitat. sine qua opa nostra parum valent. ⁊ ideo hortatur nos apostolus. i. Thimo. iiij. Exerce te ad pietatem: hoc est ad deuotionem interiorem. quia exercitatio corporalis ad modicū vtilis est. subaudi sine interiori deuotione. dicit enim Hugo de sancto victore. Ecclesiastice actio quasi corpus est. deuotio vero quasi anima. ⁊ sicut corpus sine anima mortuū est: sic actio sine deuotione: ⁊ sicut aīa corpus viuificat: sic deuotio actionem. Similiter exerceamus nos in locutione loquētes proximis vtilia dei magnalia econtra cauētes vana ⁊ scurilia. cē. Ad quod hortat nos apostolus Col. iiij. Sermo vester semp in gratia sale sit conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuicz respondere. Sic etiam opera nostra tripliciter faciamus. scilicet cum diligentia. sapientia. frequentia sicut in aliis sermonibus est expressum. de quibus operibus cum eorum diligentia. iterū dicit apostolus Col. vt supra. Quodcunqz facitis ex animo operamini sicut deo ⁊ non hominibus. scientes ꝙ a deo recipietis retributionem. Qđ autem iusticiam ex his cō sequamur dicitur Eccles. xxix. Justus cor

Ho dicit Gre. Quid inter hec nos barbari dicimus. qui ad regna celestia ire perterrũ puellas videmus. q si adipisci regna celor per bella psecutõm nõ possum⁹. hoc ipm turpe nobis sit q deũ nolumus saltez per pacẽ sequi. Ecce nulli nostrũ modo dicitur. p me morere. ℔ tm inte illicita desideria occide. In verbis ergo ꝓpositis hec sancta virgo ⁊ martir agatha a triplici gra cõmendatur. scz a virginitate. passionis acerbitate. vite sanctitate. Primũ ibi gra. scdz ibi sup gratiã. terciũ ibi mulier sancta. Ex hac triplici gra meruit a deo triplici aureola cozonari. Nam pro virginitate vnam. p passione scdam. pvite sanctitate q ꝛbo ⁊ exemplo deũ docuit ⁊ predicauit terciam aureolam est adepta ⁊ hec pauca de hac virgine dicta sufficiãt. ℔ prosequẽtes sermonẽ quibus exercitijs ipam virginẽ imitemur vt i hac via ⁊ vita ei saltẽ tenuiter ꝓformati in regno celor eius ꝓsortio pfrui mereamr. Certũ q pauci eã in prima gra imitãtur. pauciores in scda. saltẽ in tercia scz vite sanctitate ipam quãtũ possumus imitemur. quod etiã ex ipius nomis interpratõne facere cõmonemr. dr ei agatha ab agios. qd ẽ scã ⁊ hos qd est deus. inde agatha quasi sancta dei. q re merito eã imitari debemus. Illaz ad hoc dirigit nos deus. di. deute. Sancti estote qm ego sanctus sum. ¶ Sunt autez sex genera exercitior que nos sanctos efficiunt. quor tria ponit crisostimus in legenda huius virginis. scz cordis mundicia. bonor opr sufficiẽtia. spiritussancti pñtia. reliq tria ponit bernardus. di. Tria sunt q nos sanctos efficiunt. vicz victus sobrius. actus iustus ⁊ sensus pius. In his sex exercitijs omnis actus iustitie ꝓtinetur ⁊ totus status homis includitur ⁊ ideo qui in his sanctificatus fuerit erit sine dubio tot⁹ sanctus. ℔ro ergo sanctificemus nos per cordis mundiciam purgantes cor nrm ⁊ scopantes ab oib imundicijs ⁊ sediatib peccatorum. qd cũ ad plenũ factũ fuerit erimus sine dubio sancti. si tm nihil de ꝓtingẽtib obmittamus. qd facere monemur deute. xxij. vbi dr Sint castra tua sancta ⁊ nihil in eis appareat sediatis. insinuans in his ꝛbis. q ex sola mundicia si in nobis plantata fuerit sine dubio sum⁹ sancti hinc. ij. cor. vij. di. Mundem⁹ nos ab omni inquinamẽto carnis ⁊ spũs. pficientes sanctificatõnẽ nram in timore dei. Quo autẽ mundari debeamus docet nos Bernardus. sic di. Ascendat homo tribunal mentis sue. vt audiat causaz preterite vite sue. Assit accusatrix ꝓscia. testis mẽoria. ratõ iudex. timor carnifex. et quicquid inuentũ fuerit in quib deũ offendimus p cordis ꝓtritionẽ ꝓeratur. per oris confessionẽ exhauriatur p satisfactionẽ deleatur ⁊ p resistentiã similib resistatur ⁊ his omnib firmũ ꝓpositũ adiũgatur. hoc tamdiu ꝓtinuãtes quousq spũssanctus affectũ nrm in aliud gen⁹ deuotõis trahat. in graz vicz actionẽ. Ipa enim graz actio ⁊ vox laudis cũ ex intimo affectu ⁊ cũ ex iudicio rationis agitur signũ est remissionis pcatorum. Unde cũ anxia pnia in iocundam deuotionẽ graz actionis permutata fuerit. hec mutatio dextre excelsi certissimũ signũ est q oia peccata nra adeo nobis

liberaliter sint dimissa ex q̃ remissione iam veraciter sumus sancti. ℣ Scdo sanctificemus nos per bonoꝝ sufficiẽtiã precipue ⁊ añ oĩa illa faciẽtes q̃ facere cogimur ex p̃cepto. Nam q̃ cadũt sub p̃cepto vtpote legalia de necessitate sunt salutis. ipa ei sanctificãt nos pre ceteris dicẽte dño leuit. xx. Sanctificamini ⁊ estote sancti. qm̃ ego sum dñs deus vester. In quibꝰ aũt sanctificari debeamus statũ subiũgit di. Custodite p̃cepta mea ⁊ facite ea. qꝝ ego sum dñs deus qui sanctifico vos. ac si dicat. Vos facite ipa opa ⁊ ego sanctifico vos. Ut spemus sanctificari nõ ex opibꝰ q̃ fecimus nos. sed deo. et q̃nto ipa opa fidelius agimus tanto ipe deus amplius nos sanctificat. ꝓpter qd̃ cũ summa diligẽtia studendũ est vt opera q̃ debẽtur deo fideliter pagãtur. qꝝ vt ait q̃dam. plus meremur aduerbꝰ q̃ nobis hoc est plus meremur de bñficõ ope q̃ de bono. et hoc est qd̃ di. puer. ij. Qui fideliter agũt placẽt deo. sic ecõuerso displicent qui faciũt negligẽter iuxta illud iere. xx. Maledictus qui facit opus dei fraudulẽter siue negligẽter. Cum aũt fideliter ⁊ feliciter agimus. si ipa nra opa cũ diligẽtia attẽtiõe ⁊ fideli intẽtiõne dño offeramus. vt per diligentẽ attẽtionẽ oẽs sensus ⁊ corpis mẽbra ad opus dei ꝓuocemus. cõuocatos adunemus qd̃ facere monemur Eccl. xx. vbi dr. Contine ⁊ cõgrega cor tuũ in sanctitate. et ibidẽ li. Congregate vos in domũ discipline. vt dicatur de vobis vaciter illud ꝓuer. ix. Sapia vocauit ãcillas ad arcẽ. hoc ẽ fm glo. sapiẽs deus orio vocauit ancillas. i. sensus corpis ⁊ affectus aĩe ad arcẽ. i. summuꝝ conatũ. Sic etiã opa nra p fidelem intentionẽ dñi in solum deuꝝ ordinari videliꝫ vt ipa intentio deũ ponat in omnibꝰ q̃ agim⁹ fundamentũ qd̃ enĩ sup aliud q̃ sup̃ deuꝝ edificatur transit cũ suo fundamẽto. quod aũt ꝓpter deũ agitur et sup̃ deũ ponitur qui eternus est cũ deo pmanet in eternũ. hic ecclc. Fundamẽta eterna supra petrã solidata. petra aũt erat xp̃s. vnde apls. fundamẽtũ aliud nemo ponere põt q̃ qd̃ positus est xp̃s ihesus. Hũc aũt opa nra per fidelem intentionẽ in solum deũ ordinamus cũ oĩa que agimus ad laudem ⁊ gloriã suam facimus. nihil aliud ex oĩbꝰ que agimus intendentes. Ad qd̃ hortatur apls di. Omnia que facitis ad gloriã dei facite. Sũt enĩ quoꝝ simplex nõ est oculus. intentõis odñ in aliud q̃ in deũ nequiter obliquãtes. ⁊ hi tales recipiũt hic mercedem. ℣ Tercio sanctificamur ꝑ spũsanctum p̃tiam. qui licet in prima ⁊ scda sanctificatione necessario nobiscum fuerit. eo q̃ nihil boni facere possumus sine ipo. hic tamẽ singularẽ post predicta ponimus eius p̃tiã. qꝝ hic in propria virtute. hoc est in sua dulcedine datur nobis. Datur aũt ꝓpter duo scꝝ ad ꝓsolationẽ ⁊ ad virtutũ plantationeꝫ. Nobis datur ad ꝓsolationẽ. qꝝ post cordis purgationem ⁊ bonoꝝ opm multiplicationeꝫ infunditur ad eius dulcedinẽ degustandam. vt quem prius in opibꝰ faciendis habuimus auxiliatorẽ. nũc habeamus ꝓsolatorẽ ne sentientes solũ laboris fatigationẽ ⁊ nõ spũs ꝓsolationẽ sub onere opprimamur. Est aũt hec ꝓsolatio. qꝝ vt ait apls. Spũsanctus phibet testimoniũ spiritui nõ q̃ filij dei sum⁹ q̃ si filij ⁊ hæredes ⁊ sic in hac graciosa attestatione in hac vita de filiatione ⁊ in futura vita de hæreditatis assecutõe miscẽter cõsolamur vt fm apls habeamus sanctificationẽ vite eius. que nũc est. finẽ vero vitam eternã. Datur etiã spũsanctus ad ꝛtutuꝫ plantationẽ. nam ex dei p̃tia deũ cognoscimus. ex cuius ꝓgnitione necessario ꝓsequimur caritatẽ. Nẽo ei põt deũ ꝓgnoscere ⁊ nõ amare. p eius ꝛro absentiã nosipos ꝓgnoscimus ⁊ inde humiliamur. qui enĩ veraciter se cognoscit necessario consequitur hũilitatẽ. qꝝ tũc nre vtilitates ⁊ miserie in lucẽ prodeunt absente deo. ex quoꝝ intuitu vsq̃ in puluerẽ humiliamur. Ex intuitu ergo dei habebimus caritatẽ. ex nõ vero hũilitateꝫ nã ex eius p̃tia amamus. ex eius absentia humiliamur. In hac alteratõe stetit psal. cũ dicebat. Ego mẽdicus sum ⁊ paup. dñs solicitus est mei. nã in eo q̃ se respexit. hũiliatus dixit. Mendicus sum ⁊ paup. inde aũt fugiẽs ⁊ deũ respiciẽs. ꝓsolat⁹ ⁊ in spẽ subleuatus dixit. dñs solicitus est mei. De bis di. aug⁹. Dñe deus meus si nõ attẽde

rem miscōias tuas. mee miserie me pertra/
hrent in desperationis abyssum. ¶ Dic gre.
Adest spūssanctus vt subleuati deum ame
mus. abest vt cognoscētes nostrā miseriaz
humiliemur. scimus aūt, q̄ sine caritate et
humilitate nō est salus. ¶ Dinc Bern̄. Qui
in spiritu ambulat nequaq̄ in vno statu p̄
manet. nec eadem semp̄ facilitate proficit. t
nō est in homine via eius. ß quēadmodum
ei spūs moderator dispensat prout vult. nē
segnius nūc alacrius. que retro sunt obliui
scitur. t ad anteriora se extendit. ergo cuz te
torpore vel accidia affici sentis. noli ꝓterea
diffidere aut desistere a studio spirituali. ß
iuuātis tequire manū trahi te obsecrās do/
nec denuo suscitante grā factus promptior
alacrior curras quādiu est gratia. sic delectā
re in ea vt nō existimes te donū dei iure he/
reditario possidere. ne subito cuz retraxerit
manū. t subtraxerit donū tu animo ꝯcidas
factus tristior q̄z oportet. q̄ hec alteratio spi
ritus venientis. t recedētis nō agitur in no
bis ad nostrā insipientiam. ß ad dei in no/
bis edificandam sapientiaz. nō ad dei indi
gnationē. ß ad nr̄am ꝓmotionē q̄ forsitan
plus ꝓficim⁹ in grē subtractōe quaz in sue
p̄sentie ꝓsolatōe. ¶ Nam q̄ntū nobis deuoti/
onis accrescit ex spūs p̄nūia in dilectionis
ꝓmpta operatōe. hilari iubilatōe. sublimi cō/
tēplatōe. q̄ omnia in pulueē reuertētur cuz
spūs non spirauerit. tm̄ in subtracta grā ac
crescit nobis de dei timore duro labore. an/
xietatis horrore. impatiēti languore. ꝓfun/
da suspiratione. t sic de aliis. ex quibo omni
bus in subtracta grā spūssancti pl⁹ meremr̄.
q̄z et p̄nūia eiusdem ꝓsolemur. Et q̄ diffi/
cultter creditur q̄ subtracta grā plus vtili/
tatis ꝓferat quā hīta. ecce ad manū est sīnia
bern̄. di. ¶ Deus. t si iustis nō desit ad meri/
tū. plerūq̄z tm̄ abest ad solatiū. illud vtilius
istud iocūdius. et subiū git. hētur igit. t la/
tet dū sensum cordis mīme tāgit illa suaui
tas hīta ß abdita nec ex hoc tetrimētū acci
piet aīa sancta si tm̄ vere deū diligit. q̄ mo/
tā faciente sponso. nō tm̄ cū fatuis virgini/
bus dormitat ß crebris suspiriis excitata. ꝓ
fundis gemitibus exagitata impatiēti lan
guore dissimulare nō valet. mesticiā cordis
nec eandem abscondere q̄ crescendo pectus
adurit. et ideo aīa deuota ex his multum
meritū congregat. t ꝓficit vehemēter. ¶
¶ Juste aūt spiritūsanctū in medio istoz t sex
exercitioz posuimus tanq̄z omnia ordinantē
viuificantē. t omnia facientē sicut cor in me/
dio corpis positū est. q̄z nulli opus ꝓspera/
bitur admerendum q̄d sancto spū nō iuua
tur. q̄d em̄ cor facit in corpe hoc spūs in ope
re. et sicut corpus nō viuit sine aīa. sic nul/
lum opus sine spū. ¶ Unde sicut per euz oīa
colligūtur sic sine eo oīa defluūt. t in nihilū
redigūtur. ipe em̄ spūssanctus vt ait Bern̄.
est omnipotēs artifex creās hominis ad de
um bonā voluntatē dei ad hominē faciens
ꝓpiationē. formans affectionē. dās virtu/
tem. prosperans operationē. agens oīa for/
titer. t disponens oīa suauiter. et subiun
git. ¶ Doīes docet deū querere. angelos ado
rare. solus ipe spūs est qui docet inuenire
hre. t frui. ipe tm̄ est solicitudo bn̄ querētis
t in spū pietatis. t vitas adorātis. sapiētia
inueniēns. amor habētis. et gaudiū fruen/
tis. ¶ Quē vicz spiritūsanctū hec oīa bona
facientē si cupimus hre domesticū. t inha/
bitantē in nobis. oīa nra interiora. t exte/
riora sub censura discipline deuotissime cō
ponamus nihil omnino admittētes q̄d ei/
dez spiritui aduersetur. q̄z vt dr̄ sap̄. j. ¶ Spi
ritussanctus disci pline effugiet fictū et au/
fert se a cogitatōibo que sunt sine intellectu
quod exponēs Bern̄. di. ¶ Et si repellere a se
spiritum sanctum nō est in voto cogitātis.
fit tm̄ ex culpa negligentis vt spūs discipli/
ne merito se auferat a cogitationibo q̄ sunt
sine intellectu. et ideo q̄ priora ꝓmercia san
ctispūs expiri deliderat. se ab oīb⁹ custodiat
q̄ eidem spūi aduersari ꝓsiderat. adiuuan/
te iesu cristo ꝛc̄.

XXIX. De eodem. ꝓmo nonus

¶ Jrgo cogitat
q̄ dñi sūt vt sit scā corpe t spū. t
cor. vtj. ¶ Ad di. gre. Aīa sine delectātiōe eē
ñ poterit. Aut ei delectābit in infimis t carz
sup̄mis. aut in sup̄mis t ptemnit infima.
¶ Expedita ergo in precedenti sermone san/
ctitate interiori que per cordis mundiciam

spiritualiū optm sufficientiā. spūssancti pñtiam est fideliter acquisita. nūc ad eandem sanctitatē perfectius possidendaz alia sunt exercitia adducenda que in exteriori quersatione nos sanctificāt vt fiat qđ scribit in apo. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. In vbis ergo ꝓpositis tria tangit apostol9 scz statū excellentē. actū ꝓpetentē. finē congruentē. Primū ibi virgo. Virginitas ei in oñi statu excellentior est. scđm ibi cogitat. in quo tangit actū tali statui ꝓpetentez Virgines em̄ que a debito maritali ⁊ a curis seculi per oñia sunt solute merito cogitare debent que sunt dei vt sicut ꝓiugate ex vinculo maritali cogitare ꝓpelluntur vt viris suis placeāt. sic virgines deo dicate intēdere debent quō placeāt deo spōso suo. Tertiū ibi vt sit sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu in q̄ tangit finē ꝓgruentē. Ad hūc ergo finē omnes sacre virgines. cogitationes. locutiōes ⁊ opa debent dirigere. vt sint sancte. quippe quoz sponsus sanctus est. a quo nullaten9 in thoz maritalem assumūtur. nisi ⁊ ipe similiter fiant sancte. Ad qđ etiaz ista gloriosa virgo de qua nobis est sermo agatha vicz deuotissime studuit adimplere que tes corp9 ⁊ animā posuit vt posset placere deo. et placuit sicut signoz ⁊ miraculoz euidentia cō probauit. que vsq3 in finē seculi deus p eaz ⁊ ꝓpter eā exhibebit ⁊ exhibuit clarificās eā toti mundo vt ex hoc innotesceret quāta deuotione studuit vt corpore ⁊ spū esset sancta. quō ideo deus nobis posuit in exēpluz. vt qui dñm iesum qui se exaltauit vt gigas ad currendam viā imitari nō possum9. puellam teneram ⁊ delicatā imitemur saltem teneriter. qđ adhuc vtinaz faceremus. Quomodo aūt ipam in sua sanctitate imitari deamus vt ⁊ nos similiter simus sancti docet nos Bernā. dicēs. Tria sunt q̄ faciūt hominē sanctū. victus sobrius. actus iustus. sensus pius. in quib9 tribz plena et absoluta ꝓsistit perfectio. Est aūt fin quod diffiniūt doctores. sobrietas moderatus vsus tpaliū circa solam necessitatē restrictus cuius obscuantia licet difficilis videat his qui in carne ambulant. facilis tamen est illi qui bona spiritualia gustauerunt. qz parua bono respectu maioz ⁊ melioz ꝑ nihilo reputāt. quod expresse greg. insinuat dicens. Dulce est esse in hūanis rebz. ꝑ ei qui adhuc de celestib9 gaudijs nihil nouit. qz quāto minus eterna intelligit. tāto delectabilius in tpalib9 requiescit. Et si quis iam coz dis oze gustauit que sit illa dulcedo celestium bonoz quanto illud dulce est qđ intus habet tāto ei in amaritudine vertitur omne qđ foris sustinet. et ideo facile est ei imo delectabile. vt foris ꝓpter deū sobriuz victum habeat qui intus dulciter pascitur. Et ergo spūssanctus. de cuius pñtia in ꝓiori sermone dictū est passib9 ꝓfectuum in nobis ꝓmoueatur. et nos magis ac magis in eius ꝓsolationib9 proficiamus. necesse est vt p sobriū victū carneis ꝓsolationib9 funditus renūciemus. qz nullatenus possūt esse simul dicit em̄ aug9. Si animus habet vnde delectetur extrinsecus sine delicijs manet intrinsecus. oñia ergo exteriora de genere cōsolationū carnalium per victum sobriuz amputemus. Loco aūt sobriū victuz sola necessaria ab omni superfluitate in omni vsu penitus restricta sola necessitate contenta. Ex quib9 verbis colligimus. q̄ non solum sobriū victum vocamus moderatam cibi ⁊ potus sumptionē. ꝑ omniū rerum ad vsuz nostrū pertinentiū restrictionē. in quib9 oībus sobrium victum accipimus si eis vtimur moderate qđ nō solum religiosis expedit ꝑ omni ꝓpiano ꝓficit ad salutē. quia sicut ꝓpter gulam primi parētes ⁊ nos in illi de paradisi gaudijs sumus expulsi sicut ait Gre. per simoniā ⁊ sobrietatē recto itinere regredi nos oportet. vt fiat in nobis quod de magis dz math. Per aliā viaz reuersi sunt in regionē suam. et ideo sicut diligim9 patriam sic in oñib9 vtendis victū sobriū teneamus. Que tñ oñia ne multitudo confusionē generet ⁊ errorē in triplicida colligāt. ita vicz vt oīs sobri9 vici9 fiat in tpaliū moderata fruitōe in exteriorum sensuum disciplinata gubernatione. interiorum motuum cauta ⁊ vigilanti cohibitione. Primū ergo sobriuz victū teneamus in vsu temporalium. vt in omnibus quibus oportet ad vitaz sustentādam sine cri

confuandam vt est cibus potus somn⁹ ve/stis ⁊ similia. solis simus necessarijs contẽ/ti nulla vr̃ q̃ superflua exomnib⁹ admittẽtes ⁊ hec sobrietas pauptas voluntaria ẽ voca/ta. de q̃ dr̃ eccl. Est paup cũ in multis sit di/uicijs. de hac sobrietate dr̃ eccle. xxx. Sani/tas corpis ⁊ anĩe est sobrius potus. noĩe po/tus vsualia corpis volens intelligi. de hoc vsu dicit Berñ. Felix ſm̃ tps viator⁹ qui ci/uiũ suor⁹ beneficiũ sine q̃ transire nõ potest in obsequiũ suũ scit q̃uertere ⁊ vti ad vnli/tatẽ. Scdo sobriũ victuz teneamus in vsu sensuũ ⁊ sensibiliũ. oĩes sensus corporis a/vanis nugatorijs ⁊ superfluis p̃tinẽtes ⁊ ad sola nccia ordinantes. q̃d fideliter faciebat Iob qui dicebat. Pepegi fedus cũ oculis/meis vt ne cogitarẽ de v̄gine. Sed cur hoc fa/cit rñdit q̃ alitus eius p̃unas ardere facit hoc ⁊ nos facere monemur Eccle. ix. vbi dr̃ Virginẽ ne aspexeris. ne forte scandalize/ris in decore ei⁹. de hoc vsu docet nos berñ. dicẽs. Habeat hõ dei sensus suos exterio/res nõ duces ſ̃ quietes. vt dicat huic vade ⁊ vadat ⁊ alio veni ⁊ veniat ⁊ huo suo fac hoc ⁊ absq̃ p̃tradictõne faciat. et subiũgit. Qr̃ magnus ille est qui vsum sensuũ suor⁹ no/uit expendere in suã salutẽ ⁊ vtilitatẽ ⁊ ec scit in obsequiũ x̄pi cõuertere ⁊ ordinare. et talis cp̃ie sibi credendus est quãtalibet mul/titudine querſetur. Tercio sobriũ victũ te/neamus in vsum motuũ internor⁹ oẽs mo tus illicitos in suis p̃ncipijs cohibentes hoc eñ maxime placet. q̃d pulcre figuratuz legimus. j. reg. vbi dixerũt philistei ad re/gẽ suũ Quõ hic melius poterit placare do minũ suũ q̃ in capitib⁹ nr̃is, sic demões cõ flantes intra nos motus illicitos dicere pos/sunt. Quõ quis melius placare poterit deũ suũ q̃ si p̃ui⁹ p̃ſ taliũ motuũ resistat. q̃d q̃ cunq̃ faceret ex oĩnib⁹ seq̃nib⁹ nil timeret quod etiã positũ est in nostra plena volun/tate. sic eñ dicitur genẽ. iiij. Sub te est/ o ho mo appetitus tuus ⁊ tu dñaberis illius q̃d exponẽs Berñ. di. Potest quidam dyabo lus excitare in nobis temptationis motuz. ſ̃ in nobis est si vinci volumus ⁊ nemo no strum in hoc certamine deijcietur inuitus. De hoc triplici vsu dicit postillator⁹ sup̃ il/lo verbo. Mulier gratiosa est gloria viri sui et merito laudanda. que res domesticas ad vtilitatem familiam ad honestatem seip̃az ad morum venustatem bene regit. Sic ani ma deuota est gloria viri sui. id est dei. que predicta tria sub decẽti moderamine regit. ordinat. et disponit. nam per hoc q̃ dic̃ res domesticas tangit sensuũ gubernationem. per hoc vero q̃ concludit seipsam tangit in ternor⁹ motuuz cohibitionem. Secundum q̃ iusta Berñ. nos sanctificat ẽ iu stus actus. Nostri aũt actus vt iusti fiant. sunt maxime circa nostros proximos exer/cendi. nam deo qui scrutatur corda manife sti sumus qui non indiget vt exteriorib⁹ ex hibitionibus informetur. Vt ergo act⁹ no/stros proximis exhibendos virtute iusticie informemus. inspiciendum est illud glori/osum exemplar q̃d est deus vt fm̃ formam quã ip̃e nobis in seip̃o de proximo agendo p̃posuit nostros act⁹ vt iusti fiãt ordinem⁹ que videlicet deus veniens in carnẽ se totũ cum oĩnib⁹ que habebat hoc est res corpus ⁊ animã posuit pro nobis. Nam de rebꝰ q̃ nobis positis dicit dñs iesus iere. duodeci mo. Reliqui donũ meam. dimisi hereditatem meã. de quo ⁊ apostolus. ij. corinthioz quarto. Scitis fratres q̃m cristus propter nos egenus factus est cũ esset diues vt nos illius inopia diuites essemus. De corpore autem pro nobis posito dicit deus ysaie. l. Corpus meum dedi percu-et ge. me. vel ⁊c̃ De anima vero pro nobis oblata dicit ite/rum Jeremi. duodecimo. Dedi dilectaz a/nimam meam in manus inimicorũ. Bis ergo tribus pro nobis taliter vt dictuz est positis dicit nobis deus exodi vicesimoquin to. Inspice ⁊ fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte qui est x̄pus. Item Josue secundo. Quomodo ego feci vobiscum misericordias ita ⁊ vos faciatis. Si ergo actus nostros iustificare volumus debemus ⁊ nos res corpus ⁊ animam pro fratribus ponere. Nam de rebus ammonz nos Johannes in epistola sua dicens. qui habuerit substantiam huius mundi et vi/derit fratrẽ suũ necessitatem habere ⁊ clau/serit viscera sua ab eo. quomõ caritas p̃tis

manet in illo? de corpore autem ponendo pro fratribo exemplum habemus de xpo q̄ factus est pro nobis obediēs vsq̄ ad mortē De aīa vero ponenda iterū dicit iohā. in epla sua. Sicut xpus aīam suā pro nobis posuit ita ⁊ nos debemus pro fratribo aīas ponere. ℟ Incipientes ergo ab vltimo hoc est ab aīa eo q̄ ab illa tanq̄ a radice cetera trahāt ortū. nemo eī res vel corpus ponit pro primo nisi per caritatez pri? animā ponat. Primo si iustificare cupim? actus nostros exēplo xpi ponamus pro proximo animas. nō vt deus. qui in cruce moriens p nobis animā suā dedit. ß sic ponamus. vt q̄d facilimū est anime. hoc proxio exhibeamus. et hoc est vt eū ex corde veraciter diligamus. vt fm regulā naturalē affirmatiuā ⁊ negatiuaz volumus ⁊ nolumus ei cīa que nobis nolumus ⁊ volumus exhiberi. et iste ē facilimus mod? ponēdi aiam̄ pro fratribo. q̄d ⁊ saluator monuit condescendens nostre infirmitati ioh. dicens. hoc est preceptū meū vt diligatis inuicē sic dilexi vos. nam ad oīa q̄ deus pro nobis posuit fecit ⁊ exhibuit caritas eum vrgebat quā si solam haberemus facilime imo gaudenter res corpus ⁊ aiam̄ pro fratribo poneremus. Secdo si actus nostros iustificare cupimus ad exēplum cristi. ponamus p proximis corpus nām. q̄d si illud sicut xps in mortē dare nō possumus. saltē omnes actus de corpe possibiles. vt sunt verba consolationis. exhortatōnis. de malo reprehensionis. deuote oronis. mores sancte conuersationis. nostris proximis exhibeamus. et quecunq̄ alia fideli exhibitione corporis eius exhibere possumus faciamus. taliter agentes vt omniū mores benigna caritate portemus ⁊ a nemine nos portemur. vt veraciter de eo qui eiusmodi est dici possit illud. ij. mach. Hic est fratrū amator ⁊ ppli israel hic est qui multū orat p populo. de hoc dicitur xxvij Bonis amicis p̄silijs aīa dulcoratur. Tercio si iustificare cupimus actus nr̄os ad exēplum xpi. ponamus p proximis res nr̄as p opa misericordie. q̄ subuentio tāto deo est acceptior. q̄nto res impendende iustius hītur laboriosius acquirūtur tenuio? possidentur. q̄d in scripta oīditur euidēter q? munus abel ex iusta habitione oblatum aqua dauid ex laboriosa ⁊ periculosa acquisitione libata. minuta vidue ex tenui possessione sacrificata deo fuerūt adeo grata ⁊ acceptavt in sacra scriptura in eternā sint memoriā p̄mēdata. Nec rerū penuria ab hac subuentōe quēq̄ poterit excusare. q? ab vno quoq̄ hoc solum requiritur q̄d habet. hinc tob. iij. Si multū fuerit tibi abundāter tribue. si exiguū ⁊ hoc ip̄m libenter impartire curabis. si nihil penitus habemus saltē potuz aq̄ frigide indigēti exhibeamus. p quo merces a dño est p̄missa. q? si nec illud fuerit saltez affectū bone voluntatis exhibere nō negligamus. q? sicut di. gre. cor ⁊ nō subāz pēsat deus. nec attēdit q̄ntū ß ex quāto offeratur. nec vnq̄z manus vacua erit a munere si arca cordis repleta sit bona voluntate. Terciū principale q̄d fm Bern̄. nos sanctificat est pius sensus. Piū aūt sensum dicimus in eternā deuotionē. que deo suspirāre tantū inualescit. vt in ea dei p̄nia felicit sentiatur. Cum em̄ pietas secdm Bern̄. sit cultus dei ⁊ maxime talis cult? qui agitur in affectu. hic talis cultus cū intantū proficit. vt deus in eo sua miracula operatur. iusto nomine pius sensus poterit appellari. vt p hoc q̄d est pius cultus dei detur intelligi. ⁊ per q̄d est sensus qui a sentiendo dr. hoc intendatur q̄ ille cultus in anima sentiatur. Que videlicet deuotio licet in nostra minime sit posita ptāte vt iubeamur quasi ex nobis ip̄is per pium p̄sensum sanctificari. possumus tamen aliquid per q̄d hanc gratiaz misericorditer mereamur vt ab ea tanq̄z ab infimo. incipiētes ⁊ per gradus ascendētes tandem aliquando ad hanc gratiam veniamus. Sunt ergo tres gradus per quos in hanc gratiam ascendemus. scilicet per intellectum. operis affectum. diuinum affectum. si hec tria in deum ordinamus. hanc gratiam consequimur. Primo ergo exerceamus nos ad deum per intellectum ip̄m per iugem memoriam ad deum erigentes. vt videlicet sine intermissione deum cogitemus. hoc enim omnes possumus. Est enim nec aliquis qui ab hoc se valeat ex-

cusare.et ideo hoc ipm stricticsimū est man datū.sic enī dr Deute.Caue ne vnq̄ obli uiscaris dñi dei tui. Itē tho. Oñi tempo re in mente habeto deū. Itē prouer. In oi bus vijs tuis cogita illum ⁊ ps. Adhereat lingua mea faucib⁹ meis si nō ⁊c. Et si co gitatio nra in deū eleuata per surreptionez ad infima delabitur. eo q̄ terrena inhabi tatio sensum multa cogitantē deprimat.ite rū eleuetur.q̄ si iterū defluat iterū atq̄ ite rū erigatur.et si adhuc nostra est semp co gitatio apud deū.qđ intendebat iob.cū di cebat.xvi. Ad deū stillat oculus meus. In tellectū suū oculum vocās.quē ad deū stil lare dixit eo q̄ nō continue. sed per interci sa tempa hunc erexit ad deum.q̄ si sic p in tellectū ad deū stillamus deum sp cogita mus. ℣ Secundo exerceamus nos in deo per opis effectū. vt opari incipiam? omnia que homo xp̄us in sua conuersatione nobis ꝓposuit facienda. Ad hoc enī induit hominē vt ex eo prouocati ipm pro viribus imitemur.et hoc est qđ dixit luc.xxij. Ego dispono vobis regnū sicut disposuit mihi pater meus.ac si dicat. Sic ego descēdens a patre ⁊ veniēs in mūm non nisi per labo res sudores dolores patre sic disponēte ad eum redeo.sic ego dispono vobis vt si post me ad deū venire cupitis eisdē vestigijs in cedatis nō declinātes ad dextram vel ad si nistram.in quo si fideliter agimus nihil de ꝓpriis obmittētes.in hoc merebimur vt suā nobis ꝓmūicet veritatē.vt sicut ama ra sui homis imitando bibimus sic etiā sue veritatis dulcia degustemus. ℣ Tercio exerce amur nos in diuino affectu quē in dei pre sentia afflati diuinitus ꝓsequimur. et ideo vt verius dicamus nō exercitio. ß ex dei beneficio tanq̄ ꝓmiū predictoꝝ acci pimus illud donū. ℣ Talis aūt diuinus af fectus oritur in nobis ardentē dilectionez sapie illustrationē.ministeriorū reuelationē spiritussancti nobilissimā ꝓsolationē ⁊ mi ra similia que nemo ad ꝓdignū vobis vllis poterit explicare dño nro ihesu xp̄o operante hanc gratiā in nobis qui ⁊c.

XXX .De cathedra sancti Petri.

Exaltent eum in ec clesia plebis ⁊ in cathedra seniorū laudent eū ps Dicit btūs Gre. Quanto electi dei ⁊ dilecti a dño amplius diligun tur.tanto in tritura persecutionis dur? cō teruntur. Et qđ btūs petrus in celesti patria vt catholice ⁊ religiose creditur.in multis ē pre ceteris sublimatus.ideo oportuit vt in hac via ⁊ vita duros sustineret cruciatus. ¶ Propter qđ sciendum q̄ anteq̄ per ueniret ad celestis patrie exaltationez.trib⁹ vicijs ⁊ modis super terrā legitur exaltat?. per electionē.operationē.passionē.per glorifi cationē ⁊ per iudiciarie potestatis assessio nē. Primo dico btūs petrus a fidelib⁹ xp̄i et ab ecclesia sancta in antiochia ad pontifi calem dignitatē exaltatus fuit.ip̄m per ca thedralem honorē.summū pontificez ⁊ pa storē eligentes ⁊ super vniuersam ecclesiaz statuentes.qđ tamē nō factū est solum ex fi delium electione.ß ex dei iam dudum preor dinatione.nā in eo q̄ deus dixit petro. Pe tre amas me pasce oues meas.hoc ip̄m ter cio repetēs in eisdem verbis ip̄m super eccle siam pontificem ordinauit.sic enī dr iohan nis.xxi. Manifestauit se iesus ad mare tibe riadis ⁊c. vsq̄.cū ergo prandissent dixit ihe sus simoni petro. Petre diligis me plꝰ his dicit ei. Etiam dñe.tu scis q̄ amo te. dicit ei Pasce oues meas.et hec verba vsq̄ ter cio repetiuit dans ei in eisdem verbis pon tificatus dignitatem ⁊ ligandi atq̄ soluen di.celum aperiendi ⁊ claudendi auctoritā tem.sic enim dicitur Matth. Quodcunq̄ ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in ce lis.et quodcunq̄ solueris sup terrā erit so lu. Hoc adijcientes q̄ in huius vbi. Pa sce oues meas.trina replicatione .hoc dñs intēdebat vt petrus pastor positus cū oīm bus sequacibus populum sibi subiectū tri pliciter pascere debet.ac si dicat. Si diligis me pasce verbo pasce exemplo.pasce ora tione. In quibus verbis omnium pastorum conscientia strictissime cōuenitur . dicit enī Bernnardus.q̄ iusto ordine oues pascunt a pastoribus .dignum quippe est. vt qui lana et lacte pascuntur ab ouibus ipsi

prædictis tribꝫ similiter pascāt oues · quod qui nō fecerint audiāt quid cōtra eos dicit dñs Ezech. xxxiij. Ve pastoribꝫ qui pascebant semetipos. gregē aūt meum nō pascebant. et subiūgit. Nonne greges pascūtur a pastoribꝫ lac comedebatis. lanis cooperiebamini. et qđ crassū erat occidebatis. gregē aūt meū nō pascebatis. in quibꝫ oīnibꝫ verbis oīes pastores đ fideli custodia admonentur. qz sicut sapiēs dr. durissimū iudiciū fiet his qui præsunt. ℟ Secūdo btūs petrus exaltatus est per opationez Cum em̄ videret tam fideles q̄z infideles. q̄ tantis miraculis in suis opibꝫ chorusta ret. vocabant eū nō hominē. ℣ quasi deū dicentes. act. xiiij. Dij similes facti sunt hoībus. descenderunt ad nos. ℟ quoz errorem in pfundum hūlitatis se pſternēs pie correxit dicēs. Quid nos intuemini quasi nostrā virtute aut ptāte fecerimus hunc ambulare. deus abraā ⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob deus patrū nrōz glorificauit filiū suuz iesum. ac sudiceret. Non nos ex his operibus exaltate. ℣ dñm magnificate. qui p nos hec miracula opatur. Intantū ergo petrus extitit exaltatus ⁊ insignis prodigijs ⁊ miris operibꝫ magnificatus vt in plateis ponerēt infirmos in lectulis ⁊ grabatis. vt veniēte petro saltē vmbra illius obumbraret. quēq̄z illoz ⁊ sanarētur a languoribꝫ suis. Tercio btūs petrus exaltatus est in passione cū a persecutoribꝫ leuatus a terra suspenderetur in cruce pedibꝫ sursum leuatis ⁊ capite dimisso in terrā. per passionē crucis finiens vitā in nomine iesu xpi. ℣ Et sciendum q̄ ꝓpter has tres exaltatiōes quibus sup terraz meruit exaltari eccīa sponsa xpi tripler de eo festū instituit celebrari. volens vicē reddere sue triplici exaltatōi. Nā ꝓpter primā exaltationē scz electionis festū qđ est in manibꝫ extitit institutū. ꝓpter secūdam exaltationē scz opationis inter q̄ opa nō minimū fuerat. q̄ petrus in carcere ⁊ i vinculis per angeluz extitit liberatus sicut act. xij. dr. colitur ad vincula. ꝓpter terciam vo exaltationē scz passionis tercū festū solenniter celebratur. ℟ Quarto ꝓpter merita barū triū exaltationū in celo est glorioſissime exaltatus q̄z gloria eius tlis ⁊ tā ta est vt scōm aplm nec auris audiuit. nec in coz hoīs ascendit q̄ prepauit deus diligētibꝫ se. ideo de hoc nihil amplius loqui presumimus hoc firmiter credentes q̄ sicut in terris est in labore ⁊ sudore ⁊ cruce pre ceteris exaltatus. sic etiā in celo ⁊ nō mediocriter exaltatus. Si em̄ ꝑm mensurā caritatis ordinamur in celo. ipe qui plus alijs discipulis vt ait saluator. dilexit pre ceteris etiam nō immerito sublimatur. Quito exaltabitur in iudicio assidens cū christo ⁊ cuz eo iudicās totū mōm. et hoc est qđ promisit saluator Matth. dicēs. Amē dico vobis q̄ vos qui reliq̄ . ⁊c. vsq̄z sedebitis super se duo. iudi. duo. tri. israel. Has exaltatōnes intuēs Bern̄ āmirando de sancto petro dixit. Considerās q̄ petrū manus oīnipotentis regni celestis clauibꝫ inuestit. supq̄z fundatur eccīa. cui prās ligandi atq̄z soluēdi tradit. qui celos claudit ⁊ aperit qđ dixerubin ⁊ seraphin bñ non legi. velementer ammiroz ⁊ subiungit. Consummatus alias inestimatus honoz ⁊ dignitas gloriosa hominē in terris positū in celis impare ⁊ in terāgeloz chozos iudiciarie potestatis exercere virtutē. Assistunt angeli presidētis imperiū expectātes ⁊ ammnistrozū spūs assignata sibi ministeria sortiūtur. ℣ ligādi atq̄z soluendi nullus eoz accepit ptātez. Ad est petrus ⁊ ad eius imperiū orbis vniuersitas soluitur ⁊ ligatur. et precedit petri sententia. sniam saluatoris. q̄ nō qđ xpus ligat petrus. sed qđ petrus ligat xpus. iudicat petrus ⁊ petri iudicium ꝓfirmat oīnipotens. O q̄z potēs dignitas q̄z digna potentia ⁊c. ℣ Et sciendum q̄ hec triplex exaltatio ex radice triplici sumpsit ortū scz ex xpi institutōe prioze. ꝓgnitione illuminatōre. caritate feruētioze. Primo dico petr⁹ exaltatus fuit per electionem ex xpi institutione prioze. Audiēs enim ecclesia q̄ xps existens in terris petrū summū pastorē instituit in his verbis Simon diligis me plus his. pasce oues meas. eandem institutionem per suam electionem perducere voluit ad effectum. Scdo exaltatus fuit p opationē ꝓpf ꝓgnitōz illū inatōrem. vñ cū dñs

quereret a discipulis de sua cognitõe mat. xvi. di. Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? & alijs alia respondentibꝰ dixit ibesus. Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respondit petrus tanq̃ pre ceteris illuminatus. Tu es xp̃us filius dei viui. cui dñs. Beat? es simon bar. q̃ ca. & sang. nõ reue. t. ꝑ pater meus qui est in celis. ac si dicat. Hãc cognitionẽ nõ habes nisi ex infuso lumine veritatis vt deus hãc assertionẽ ꝓbaret esse verissimã vtpote supra quẽ tanq̃ super fundamentũ edificaret ecclesiã. merito debuit petrũ pre ceteris honorare. et tanq̃ assertorem profundissime veritatis signis & miraculis in suis operibꝰ exaltare. Tercio exaltatus fuit in passione, ꝓpter caritatẽ feruentiorẽ vt sicut deum pre ceteris plus dilexit. dicente dño iohãnis. xx. Simon iohannis diligis me plus his. sic etiã debuit eum pre ceteris in passione proximius imitari. Omnes enim martires qui digni inuenti sunt pro nomine iesu contumeliam pati & passionis subire tormentũ. ex radice caritatẽ veraciter acceperũt. quis eñ tam dira & dura & tam gaudenter posset iam subite tormẽta sinon ad hec ꝓ patienda incitaret violẽtia caritatis. hinc Aug?. Quomodo corruptibilis puluis contra tam ĩmania tormẽta dominaret. nisi in eo xp̃us habitaret. et hoc ꝓ affectũ dilectionis. De prima exaltatione dicit in psal. Exaltaui electũ de plebe mea De scõa ibidem. Dextera dñi exaltauit me per dexterã miracula que solus deus operatur in sanctis suis volens intelligi. De tercia ꝺr ecclesiastici. xlvi. Exaltauit eũ de terra. & hec de exaltatione huius glorioſi principis dicta sufficiant. ¶ Nunc dicendum est quibus exercitijs etiam nos exaltari valeamus. vt quẽ delectat exaltatio premiorum. non deterreat exercitatõ labor. Si ergo huius principis exaltationẽ saltẽ tenuiter tanq̃ fimbriã tangentes ꝓsequi cupimus. oportet nos per predictos modos exaltationis transire. et induere nos exercitijs eorundem. incipientes ab electione vt ab illa ad operationẽ & passionẽ iusto ordine adiuuante gratia veniamus. Animo ergo cupientes exaltari hic pervite meritũ & in patria ꝓ gloꝛie premium incipiamus ab electione. qd̃ tunc facimus. si per gratiã spiritus sancti intrinsecus ꝓpuncti incipimus inspicere vitam nostrã bonũ & malum. celum & terram celestem iocunditatẽ. infernalem calamitatem. mometaneam delectationẽ. et eternaz damnationẽ. mentis nostre oculis ꝓponentes. et inter ista deliberato cõsilio discurrentes. ipa prout sunt iusta ponderatione cõsiderãtes & profunde rimãtes quid inter ista sit potissimũ eligendum. Vtrum ꝓpter momẽtaneã delectationẽ incurrere expediat eternam damnationẽ. vtrũ ꝓpter terrena bona carere expediat bonis celi. cum futura bona sint presentibus longiora. in infinitũ meliora & in oñibꝰ prestantiora. nec dubium si sine dissimulatõne vtrũq̃ inspiciam?. quin deũ cum suis bonis eligamus & cũ indignatione magna ꝓtraria respuamus. iurãtes et statuentes custodire iudicia iusticie eius quod statim vt factũ fuerit elegit etiaz nos deus transferens nos de fuitio dyaboli & faciens nos filios dei. & ex hoc statim sumus non mediocriter exaltati. dicetq̃ nobis de? illud deute. xxvi. Dñm hodie elegisti vt sis tibi deus & ambules in vijs eius & elegit te hodie dñs. vt sis ei ꝓpius peculiaris & faciet te excelsiorẽ cunctis gentibꝰ quas creauit in laudem & gloriã suam. Et illud iosue. hodie incipiã te exaltare. An nõ sumus vehementer & multũ nimis exaltati. cũ de fuis dyaboli adoptemur in filios dei. Quid eñ ignominiosius dyabolo. quid glorioſi? deo nihil. Adhuc etiã scio q̃ ignominiosius sonat fuũ esse dyaboli quã dyabolum esse. eo q̃ oñis fuus inquãtũ fuus inferior sit domino suo & oñis dñs inquantũ talis superior est illo. De hac feda fuitute ꝺr iohan. quarto. Oñis qui facit peccatũ fuus ẽ peccati. Qñ aũt ex hoie facit dyabolus dicente dño ioh. vi. Nonne ego. xij. vos elegi. et vn? ex vobis dyabol? ẽ. et sic patet q̃ ex nãta electõe q̃ deũ elegim? exaltabim̃ vehemẽter. Scõo exaltam̃ ꝓ opatõz cũ iaz filij dei facti & spũ filioz inspirati auide currim? viã dei qd̃ tũc ꝺacit & fideli? facim? si oĩa opa nãta deo exhibenda cuz conatu facim? & excessiua vt oĩa q̃ facimus fm̃ ꝓñez statũ excedãt

operū aliorū. nō contenti ꝓmunibus obse/quijs. sed quantū vires supperunt cū discre to excessu oīa faciamus vt dicere possim? illud eccle. ij. Magnificaui, opa mea. Hic aūt excessus ne indiscretio reputetur ex duobus constat scz ex multitudine ⁊ conami/ne. hoc est vt multa faciamus bona opera ⁊ eadem cū conatu. Nunc conatū opm tam diu ꝓtinuātes. quousqz de excessu operū ve/niamus in excessum mentis. de q̄ ps. Ego dixi in excessu mentis mee. Quid aūt dixe/rit ex subtracta gratia ignorabat nihil sci/ens nisi q̄ proiectus esset a gratia quam in excessu sentiebat. Nunc excessum opm no/strorꝫ docet nos bern̄. di. Bonū est homini sua obsequia ad cumulum dare. verbi gra. Sufficit ad salutē molestias corporis ferre patienter. sed cumulus est etiaz in feruore spiritus eas amplecti libenter Sufficit ad salutē superflua nō requirere. sed nec ꝓpter ipa si desūt necessaria murmurare. sed cu/mulus est exultare ⁊ libenter querere. quo/modo alius magis habeat ⁊ ipe penuriam patiatur. Sufficit ad salutē si nec in patiē/tia vel fraude aliqua ad illud q̄d desideras inuitū vel animū ꝓlati tui inclinare. ℌ cu/mulus est refugere ea ⁊ ablata respuere. in quibus voluntatē tuam senseris oblectari. ℌ Tercio exaltamur cum petro per pas/sionē. cū nos quibusdam exercitijs passioni equiualentibus strenue exercemus. Naz cum ꝓpriꝫ exercitioꝫ merito sancti homi/nes ad contemplationis gratiā admittunt ab oi spē terrene ꝓsolatōis se elōgāt. vt bo/nis celestibꝰ abundantius perfruātur. qui/bus vtiq̄ gustatis cū more suo se subtra/xerit fit amaritudo amarissima. et impatiē/ti desiderio languere incipiūt vehementer. Cum essi ad carnales delectationes redire nec libeat nec liceat ambobus carentes. ⁊ tā q̄z inter celum ⁊ terrā suspensi amarissime cruciantur. et talis cruciatus equiualet pas/sioni. de hac passione di. iob. vij. Suspēdi/um elegit anima mea. q̄d exponēs Grego. dicit. Quid per animā nisi mentis intentō quid per ossa nisi carnis fortitudo designat Omne aūt q̄d suspenditur procul dubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendiū ele/git vt ossa moriantur. qz dum mentis intē/tio ad alta se subleuat. omnem in se carnis fortitudinem necat. Sancti esse viri certissi/me sciunt. quia requiem in hac vita habere nequaq̄z possunt. et idcirco suspendium eli/gunt. qz desideria terrena deserentes ad al/ta animū tollunt. suspensi aūt ossibus suis mortē inferunt qz a more superne patrie in virtutū studijs accincti. hoc q̄d fortes prius in mundo fuerant suspensi occidūt. de hoc martirio dicit Bern̄. Cuz gratia ꝓtemplan/tis celerius nō subuenit. fit obsecranti celuz eneum ⁊ terra ferrea. et cum relicta sibi hu/mani cordis duricia ad votū exaudiri non meretur. anxietas desiderantis negari sibi existimat quicquid differt. et nescio an vel ipam gehennā expiri ad tempus horribili? penalius ve ducat. q̄z post spiritualis studij gustatā suauitatē exire denuo ad illecebras ⁊ molestias carnis. Talis ergo crucifixio ⁊ si nō ferro sanguinē fundat. petri tamē cor/porali martirio adequatur. tales enim inter celi ⁊ terre ꝓsolationes eleuati pendent mi/serabiliter desolati. Nonne velud inter du/as mensas positi ep̄lantes. hincinde specta/mus ieiuni. sic sumus omnino sic. vnde er/go sic positis risus vnde ioc? vnde leuitas quando forte nō agnoscimus? ad quā ꝛc.

XXXI. De sancto Mathia. Fmo. j.

Cecidit sors super Mathiam ⁊ annumeratus est cū vndecim. act. j. Dicit Aug⁹. Omnipotēs de/us qui summe bonus est vult omnes homi/nes saluos fieri. et ad agnitionē sui nomis peruenire vt fiant participes sue bonitatis. cui ꝓprium est se ꝓmunicare ꝓpter q̄d oēs vocat nullum respuēs. nullum transiēs. oī/bus gratias suas offerens. qz non est acce/ptor personarum deus. et ideo sortē sue vo/cationis super oēs mittit licet non capiat apud omnes. In verbis ergo ꝓpositis duo intelligimus scilicet glorioſi huius princi/pis electionē ⁊ electi sublimationem. ℌ Pri/mū ibi. Cecidit sors super Mathiam. secū/dum ibi. et annumeratus est cum xi. Occa/sione ergo huius sortis duo dicemus. vide/licet de sortē ꝓmittentibus. secdo de in sortez

consentientibus. de primo sit primꝰ sermo. de scdo scds. De primo adhuc tria dicemꝰ. primo de sortis descriptiõe. scdo de sortis diuisione. tertio de sortis obauditiõe. ℣

Primo ḡ dicamus de sortis descriptione. q̃ (q̃ntum est de pñti materia ⁊ q̃ntum pꝫtinet ad nostrã vocationẽ obmissa sorte q̃ vsi sunt apostoli. de q̃ nihil certi nobis doctores insinuant) nihil aliud est nisi diuine gratie admonitio monens intus pꝫ spiritum siue mouẽs extra pꝫ hominẽ ad consentiendum deo. Et hanc sortem siue ãmonitionis deꝰ mittit super omnẽ hominẽ. nullũ transiens nullus pꝫtemnens: cui si pꝫsenserimus pficiet in nobis sanctificationẽ vite eius que nũc est pãriter ⁊ future. Cñ si sorti siue ãmonitiõis cõsenserimus dantes ei pꝫsensum nostrũ cum ãmoniti fuerimꝰ vel intus a spũ vel extra ab homine beati erimus in eternũ. si aũt negauerimus nec sorti eiꝰ pꝫsenserimus iusto dei iudicio derelinquimur reprobati. Cñ dñ ad salutem nostrã ⁊ dei grãm consequendã pdicta duo necessario requirũtur: scz diuine sortis ãmonitio ⁊ cõsensus nostri inclinatio. Ipsa em̃ sunt de quibꝫ Math. xvij. dicitur. Si duo cõsenserint de omni re quã petierit fiet eis a patre meo qui est in celis. Deꝰ aũt sortem siue vocationis singul exhibet. licz oẽs per cõ ensum oblate gratie nõ consentiant. non occurrant. Cñ qđ math. v. dicit. Deꝰ solem suũ oriri facit super bonos ⁊ malos ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. hoc i. paral. xxvi dicit. Visit sortem ex equo magnis ⁊ puis ⁊ hoc qđ in his duobꝫ dicit hoc intendebat Job dicens. Sup quem nõ effulsit lumen eius: ⁊ cũ his tribꝫ pcordat ps dicens. Nõ est qui se abscondat a calore eius. quod em̃ nos hic dicimus sortẽ hoc iob lumẽ ⁊ psal. nominat calorem. ⁊ sic pꝫ sortis descriptio quã ideo multis noibus exposuimꝰ: vt eius significatio euidentius innotescat. ℣

Scdo dicendũ est de sortis diuisionẽ. hoc ẽ quot modis dñs sortem siue vocatiõis super nos mittat. Et q̃ntũ nunc sufficit quicꝫ fiũt modi quibus nos deus ad se misericorditer vocat: scz criminis obiectione. pene cõminatione. paterna supplicatiõe. beneficiorꝫ exhibitione ⁊ premiꝫ pmissiõe. Dis quicꝫ modis oẽs homines nisi obstinati fuerint alliciuntur: ⁊ ad id qđ alliciẽs desiderat inducũtur. Primo ḡ vocat nos deꝰ mittens sup nos sortem siue vocationis pꝫ criminis obiectionem. imꝫperans nobis peccata q̃ commisimus: qđ tunc agit cũ vel int̃ ea ad memoriã nobis reuocat. vel sortis pꝫ ꝑdicatoris insinuat. sic pꝫ iere. nobis nãa crimina obꝫciuntur cũ dicit. Transite ad insulas cẽ ⁊ post plura subiungit. Duo mala fecit pꝰpulus meꝰ. me dereliquerũt fontẽ aque viue ⁊ foderũt sibi cisternas dissipatas q̃ continere nõ valent aquas. In quibus verbis duo tangũtur pꝫ que oẽa peccata criminalia cõmittũtur sc; auersio ⁊ cõuersio. Auersio a summo bono: qđ tangit in eo quod dicit. Me dereliquerũt fontẽ aque viue. Conuersio ad bonũ cõmutabile: qđ in eo tangit quod subiũgit. Et foderũt sibi cisternas dissipatas. Hoc em̃ bonũ cõmutabile bene cisternis dissipatis simile dicit. qꝫ oẽis vsus ꝑalium cõtra deũ cum ꝑpe euanescit. Secundo mittit super nos deꝰ sortem siue vocationis per pene cõminationẽ. reducẽs nobis ad memoriã q̃nta mala cõminatus est dñs his qui in criminibꝫ perseuerant q̃ꝫ inexorabilis sit eis ⁊ q̃ꝫ inflexibilis. dicẽs eis illud prouer. i. Ego in interitu vestro ridebo ⁊ subsannabo cũ vobis qđ timebatis aduenerit. De qua cõminatiõe dicitur deutero. xxviij. Augebit dñs plagas tuas. plagas magnas ⁊ perseuerãtes pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te oẽs afflictiões egypti quas timuisti ⁊ adhærebũt tibi: insuper languores vniuersos ⁊ plagas que nõ sunt scripte in volumine legis inducet sup te donec te conterat. Item Amos. iiij. Jurauit dñs in sancto suo. qꝫ veniet dies sup vos ⁊ leuabunt vos in contis ⁊ reliquias vestras i ollis feruentibus. Item ps. Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit ⁊c: vsqꝫ sagittas suas ardẽs effecit. De hac cõminatiõe dicit bern. Deus volens nobile creaturã scz hoiem reuocare. scio inquit quid faciã. Homo timidus est naturaliter terrẽdo eũ. si sorte sic cõuertatur ⁊ viuat ⁊ cõminatus est acerbiora que excogitari possunt scilicet tenebras eternales. vermes imortales: ignez inextingui-

bilem. ¶ Tertio mittit sup nos deus sortem sue vocationis vocans nos p̄ paternam supplicationē: vt quem criminis obiectio nō moueat: cōminatio nō terreat: dulcissima supplicatio alliciat: de qua vocatiōe dicitur Jere. iij. Reuertere auersatrix et nō auertam faciē meam a vobis: quia sanctus sum: et non irascar in perpetuum: et ibidē. iij. vulgo dicitur. Si dimiserit vir uxorem suā: et recedens ab eo duxerit virū alterum: nunquid non polluta: et contaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatoribus multis: tamē reuertere ad me dicit dominus: et ego suscipiam te. Item Ezech. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dñs: et non magis vt cōuertatur a vijs suis: et viuat: et quare moriemini domus israel? quia nolo mortem morientis: reuertimini et viuite. Hinc Can. v. Reuertere reuertere sunamitis: reuer. reuer. ac si dicat. O sunamitis id est miserа et captiua: reuertere primo p̄pter beneficiū creationis: reuertere scōo p̄pter beneficiū redemptionis: reuertere tertio p̄pter gratias benefactiōis: reuertere quarto p̄pter spem eīne glorificatiōis: vt sing̃ulis quibusq; istorum singulariter nō moueat: moueant saltez cūcta simul iuncta. Quarto mittit sup nos deus sortem sue vocationis: muneribus beneficiorum nos alliciens: interque nōnunq; facit nobis prospera arridere: et nulla aduersa adhorrere. Multi sunt enim qui plus bñficijs inclinantur q̄z duris minis compellantur: et ideo tot et tanta beneficia contulit que etiaz quosq; ingratissimos posset obtinere. Dedit enim nobis nosmetipos fm corpus et aiaz addidit: et alia per que in bono esse vtrunq; possit subsistere: dedit celū et terram et oīa que in eis sunt: nec omnibus his contentus addidit semetipm fm se totū: hoc est fm deum et hominē: totam trinitatem fm numerum personarū. Dedit enim filiū in incarnationem: spūm sanctū in sanctificationem se patrē seruauit in eterna glorificationē: intantū semetipm p̄ nobis exinaniens: vt de oīb̄ que habebat nihil a nobis penitus continebat. His beneficijs aug⁹. affectū suum excitare voluit cū dicebat. O aīa mea dilige deū qui dedit tibi celum cū sideribus aerem cū volucribus: terram cū germinibus: aquam cū piscibus: spūm sanctū in sanctificationem: filiū in redemptionem: seipm in eternā fruitionē siue glorificationē ꝛc. Item Bern. Quia oēs diligunt munera: venit deus et tot et tanta nobis: cōtulit donaria: vt in arram sue dilectiōis seipm nobis totum daret cum oīb̄ que habebat. ¶ Quinto mittit sup nos sortem vocationis sue per premiorū: promissionem: promittens nobis talia et tanta que vt ait aplus nec auris audiuit ꝛc. item promittens nobis in presenti tempore dulcissimas delectationes: in futuro vero eternā glorificationē: que ambo p̄ mittit nobis Math. xix. Omnis qui reliquit patrem aut matrē ꝛc vsq; centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Tanto em affectu diligit nos deus vt nō sit contentus post finem laboris copiosa nobis dare p̄mia: sed in via hac qua ambulamus de primicijs celestiū bonorū et stillicidijs quibus letabitur germinās nos infundit: vt cognito q̄z dulcis est dñs viam dei delectabili? p̄curramus. His quinq; modis mittit super nos deus sortem sue vocationis videat et intelligat quis consentiat quis sequatur: quicquid em homo de bis et similibus āmonitionibus cogitauerit nō credat has āmonitiones sūas esse cogitationes: sed dñi āmonitionem et sortis sue vocationē: quia oīa bone cogitationes dei sunt āmonitiones: non nostre cogitatiōes: iuxta illud p̄s. Ego sum qui loquor iusticiā. quod ex p̄sona dei dicit mala vero cū cogitamus nostre sunt cogitationes fm illud math. xv. De corde exeunt cogitationes male. adulteria ꝛc. Vñ bern. Cum mala versamus in corde. nostra cogitatio est: cū vero bona dei sermo. illa scz mala cor nostrū dicit. hec scz bona cor nostrū audit. His quinq; modis nitebatur dominus iudam ad penitentiā reuocare. Primo per criminis obiectionem: cū dixit. Juda. osculo filiū hominis tradis: quod cū non aduerteret. scōo eum reuocauit per pene cōminationem dicens. Ve homini per quē filius hominis tradetur. et cum nec sic proficeret. tercio addidit dulcium verborum allocutionē dicens. Amice ad quid venisti? et cum nec

quin amicitiam ad eum habuerit quem vo
cauit amicum. ⁊ cū nec sic audierit: q̄rto sub
iunxit beneficiorū exhibitionem: constituēs
eum procuratorem super his que mitteban
tur. ⁊ maxime quia osculatus est eū. Quin
tum scilicet premiū promissionē nō addidit
sciens q̄ obstinatus iam factus premia nō
curaret. ¶ Tertio dicendū est de voca
tionis recusatione siue sortis obauditione.
Cum enim omnes vocentur ⁊ pauci veni
ant: expedit vt ponantur cause propter quas
obaudiuit dominū sic vocantem. Sunt au
tem nouem modi ꝓpter quos vocati renuu
unt cōsentire. ¶ Primi enim desperant sicut
cayn ⁊ iudas: quos cū reuocasset dominus
improperando eis peccata sua querens in
eis locū penitentie dixerunt. Maior est mi
quitas mea q̄ vt veniam merear. Secdi vo
cati irrident sicut patet de vocatis per loth.
de quibus Genē. xix. dicit. Visus est eis q̄si
ludens loqui. Tercij contemnunt sicut pha
rao: qui signis ⁊ miraculis vocatus recusa
uit dimittere populū opponens se deo sicut
Exo. i. dicit. Induratū est cor ⁊c. De q̄ au
g⁹. ¶ Poterat deus superbiam pharaonis per
vrsas ⁊ leones domuisse: sed muscas misit:
vt eius superbia magis confunderet. Quar
ti per occasionē aliquā se excusant sicut saul
qui preuaricationē inobediētie apud samu
elem excusauit dicens. i. Re. xv. Accepit po
pulus de meliorib⁹ armētis vt ymolaret
domino ⁊c. ⁊ sicut illi euangelici qui lu. xiiij
vocati excusauerunt se dicentes. Villā emi
quinq; iuga boū emi. vxorem duxi. rogo te
habe me excusatū. Quinti vocati venire dif
ferunt: dicentes intra se. adhuc iuuenis es.
multū superest de tempore. ex quo q; persona
dicitur Sap. ij. Venite fruamur bonis in
iuuentute celeriter: non pretereat nos flos
tpis. Quibus vñdet dñs Lu. xij. Vigilate
quia nescitis qua hora dñs vester venturus
sit. de quorū numero erat ille qui in euange
lio ait. Anīa mea habes multa bona ⁊c. cui
dñs respondit. Stulte hac nocte ⁊c. Sexti
non veniunt detenti immoderato timore vl
amore cogitantes intra se: non potes pecca
ta dimittere. res iniustas restituere. in rigo
re penitentie persistere ⁊c. Quibus respon
dicit Bernũ. Licet deus sit cum oĩbꝫ sanctis. quadam tamẽ prerogatiua ẽ singulariter ẽ cũ virgine Maria. cuꝫ qua vtiqꝫ tanta consensione fuit vt illius nõ solum voluntatẽ ꝫ eriã caritatem sibi ꝓiungeret. ac de sua virginis ꝙ substantia vnum xp̃m efficeret. vel potius vnus xp̃s fieret. q̃ et si nec totus de deo nec totus de virgine. totus tñ dei ⁊ totus virginis esset. nec duo filij ꝫ vnus vtriusꝙ filius. ⁊ subiũgit. Dominus pater tecũ qui suũ filiũ facit tuum. obumbrãs tibi. vt tñ splendorẽ filij valeas sustinere. filius tecũ qui ad condendum in te mirabile sacramentuꝫ miro modo ⁊ sibi reserat vterũ tuũ ⁊ tibi fuat ẏginale signaculũ Spũsscꝫ tecũ. de cuiꝰ virtute concipis sanctificãs te vt sola digna esses dei filium parturire. ℣ Expeditis ergo tribus particulis angelice salutationis. Nũc quod reliquũ est exequamur. Fuit aũt ds tota trinitas cũ maria ꝓpter tres causas videlicet vt corpus fecundaret. vt virã sanctificaret. animã quodammodo deificaret. et vt hec tria in supremo magnificaret. In quibꝰ ipam super omnes creaturas mirifice sublimauit. ita vt corpus in supremo statu fecundaret. vitam in supremo statu sanctificaret. animã in supmo deificaret. Supma aũt fecunditas est ẏginis nre fecunditas. q̃ florẽ virginitatis hre meruit cũ fructu fecunditatis. in q̃ nec primã silem visa ẽ nec hre sequentẽ. Sũt em̃ virgines q̃ mundam ⁊ incõtaminatã virginitatẽ fuauerũt ꝫ fecunditatis fructu caruerũt. Sũt ⁊ fecũ de cõiugate ꝫ virginitatis florẽ perdiderũt ꝫ nulle vise sunt que florẽ cum fructu habere meruerũ ꝓter nram virginẽ ac matrem gloriosam. hinc berñ. Bona est fecunditas ꝓiugalis ꝫ melioꝛ castitas virginalis. optima aũt fecunditas virginea seu fecunda ẏginitas. Secundo dñs fuit cum ea vt vitã eius sanctificaret ⁊ hoc nõ simpliciter. ꝫ in supremo. Hec autẽ sanctificatio vt supma fieret multis particularibus sanctificationibus est completa. et a prima vsqꝫ ad vltimã ⁊ perfectã ꝓcurrunt quinqꝫ. Prima ei sanctificatio contigebat in sui in vtero purgatione. secunda in virtutum exercitatione tercia in spiritussancti supuentione. quarta in filij vnigeniti dei conceptione. quinta in eiusdem filij educatione. cõmansione ⁊ felici contrectatione. In prima sanctificatione sanctioꝛ fuit renatis. quia ipa ex sua sanctificatione potens erat non peccare q̃ nõ est in renatis. In scda sanctioꝛ fuit quibuslibet viatoribus. quoꝝ nullus vnꝫ se tam sublimiter exercebat. In tercia excellebat adam in statu innocentie. qui licet creatꝰ eẽt vt posset libere nõ peccare. habuit tamẽ cuꝫ hoc contrarium vt posset peccare. quod pꝛ conceptionẽ nequaꝫ extitit in maria. In quarta eius sanctificatione excellebat angelos. qui licet essent confirmati vt nullatenꝰ possent peccare. non tamen possunt augere meritum vt Maria. In quinta sanctificatione ita appꝛximabat se deo. vt nulla vnꝫ pura creatura tanta se ei similitudine cõformaret. qui ergo potest capere capiat q̃ supa moduꝫ sanctificata fuerit vita virginis gloriose. ℣ Tercio deus testante angelo fuit cum Maria vt animã eius quodammodo deificaret. Plaꝫ ex vnione dei q̃ plenitudo diuinitatis habitabat in ea coꝛporaliter. ita immersa fuit deo vt nihil saperet. nihil intelligeret nisi deum. de qua sanctificatione dicit hieron. Sicut lana candidissima naturali colore dealbata. cũ inficit sanguine cõchili vel muricis. vertit in purpuram. sic spiritussanctus cum in conceptione venit ad virginẽ que iã diuidũ plena fuit gratia. versa est et ipsa sine tactu viri in matrem. vt iam non sit quod fuerat ꝫ purpura veriss̃ima ad indumentum ⁊ gloriaꝫ summi regis diuinitus aptissima dedicata vt nulli deinceps vti ea vsu femineo liceret nisi deo. et nullis iam vsibus sit ipa mãcipanda nisi diuinis. et tanto validius in

flamabat dei presentia quanto diuinis in/tus illustrabatur visitationibus. quam to/tam repleuerat spiritussancti gratia toram incanduerat diuinus amor. ita vt in ea ni/hil esset quod mundanus violaret affect⁹. sed ardor continuus ⁊ ebrietas perfusi amo/ris. Hinc de eadem deificatione dicit bern/hardus. Maria iure sole perhibetur amicta que profundissimā diuine sapientie vl/tra q̄ credi et dici possit penetrauit abyssuz vt quantum sine personali vnione creatu/re condicio patitur. luci illi inaccessibili vi/deatur immersa. ipsa enim meruit velut sū matim cingi ⁊ operiri vndiq; ⁊ circumfun di ⁊ tanq̄ ipo diuino igne concludi. Ut autem euidentius videatur quanta singu/lari excellentia deus pre omnibus creatu/ris fuerit cum maria. ostendit bernard⁹ sic dicens. ℣ Quattuor modis deus in est omni creature. ℣primo essentialiter ⁊z bonis q̄ malis. nihilq; intercludit diuini/tatis essentiam per quam esse omnia accepe runt. Secundo modo ineſt bonis operatio ne. agit enim in eis virt⁹ operatiua vt ope/rentur opera dei. nec ocioſe creati sunt inter creaturas sicut mali. in quibus licet deus sit per presentiam sed ad vindictam. quia elegerunt arescere vt alimēta sempiternis ignibus amministrent. ℣ Tercio ineſt pleris q̄ bonis illuminatione. quos de futuroz cognitione nobilitat ⁊ participes efficit su orum secretorum. Quarto ineſt vni soli creature virgini videlicet vdemptitate. q⁹ idem est quod illa. hic taceatur contremis/cat omnis creatura vt vir audeat aspicere tante dignationis immensitatem. Ha/bitat deus in angelis sed nō in eadez essen tia habitat deus in virgine cum qua vnius nature habet vdentitatem. Et ideo cuz an/gelus salutando virginem diriſſet dñs tecū hoc insinuare voluit. q⁹ singulari quadam excellentia cum ea dominus esse voluit pre omnibus creaturis vt sic potens esset in ce/lo ⁊ in terra subuenire miserijs miseroꝝ. Unde clamemus ad dominam ⁊ reginam nostram aduocatam et adiutricem dicētes illud Bern. Nunquid q⁹ ita deificata es. ideo nostre humanitatis oblita es? Absit.

℣ Sequitur quintum in angelica salu tatione: scilicet benedicta tu in mulieribus in quo cōmendatur ab excellentissima stat⁹ sui reuerentia. p quā benedictionem nō sim pliciter benedicitur: sed p̄ omnib⁹ mulieri/bus benedicta predicatur. ℣Propter q̄ sciē dum q⁹ est quadruplex benedictio qui⁹b⁹ be ata virgo est benedicta scz maledicti euacu/atio. fecunditatis. ꝓpagatio. singularis gra/tie collatio. superexcellentis doni congratu/latio. bis omnib⁹ benedicitur virgo sancta ℣Prima ergo benedictio est maledicti eua/cuatio. fuerūt enim omnes filie eue ex pua/ricatione matris omniū multipliciter male dicte. Erat enim maledictio sterilitatis gen tem non ampliando. in peccatis cōcipien/do. multiplicis incōmoditatis partū gesta/do. doloris ⁊ acerbitatis in pariendo. ℣Pri ma dico erat maledictio sterilitatis. vt que cunq; fm legem habens virum sterilis esset. dicebatur ab omnib⁹ maledicta. Unde ra/chel. que diu sterilis erat ⁊ cum parere cepis set dixit ad primū p̄tū. Hoc p̄ beatitudine mea. abstulit ei de⁹ obprobriū meū. Secūda maledictio est q⁹ oēs mulieres fetū suū cō/cipiunt in peccatis. vñ p̄s. Ecce enī in iqui/tatib⁹ ꝓceptus sum ⁊ in peccatis ꝓcepit me mater mea. Tertia maledictio est q⁹ fructū ventris sui gestātes. multis subiacent mise rijs ⁊ erūnis. hinc Genē. iij. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ ꝓcept⁹ tuos ait dñs ad euaz Item Job. iij. Honorē hēbis matrē tue omnib⁹ diebus vite ei⁹. Uemor esse debes que ⁊ quanta pericula passa sit mater tua p̄/pter te in vtero suo. Quarta maledictio est q⁹ mulieres cum dolore pariūt. propter q̄ iterum Genesis. iij. dixit dominus ad mu/lierem. In dolore paries filios. Et in euan/gelio. Mulier cum parit tristitiam habet.

℣ Has omnes malectiones felix hec mulier suis benedictionibus euacuauit. q⁹ virgo permansit cum honore. concepit sine pudore. gestauit infantem sine labore. et pe/perit sine dolore. ⁊ hec est prima benedictio p̄ quā beata virgo omnē maledictiōez peni/tus exufflauit. Secūda benedictio ē fecūditā tis ampliatio p̄ quā pariētes multiplicāt ꝓgnationez suā: qua ⁊ nostra domina bene/

dicta extitit. qz licz vnū filiū naturaliter pepe
risset. in eius tñ virtute et fi non naturaliter
gratuito tñ pepit omnes filios adoptiuos.
vt fm Alp luz ipse sit primogenit9 in multis
fratrib9. ¶Hinc Mat. j. Peperit fi. ñc. vt natu
ralis filius relative dicat primogenit9 ad fi
lios electōis quos post primogenitū gratui
te generauit. Et de hoc debito nře filiatōis
ad virginē et nostrā matrē naturalis filius in
cruce moriēs p nobis Mariā p̄monuit i p
sona Johānis dicēs. Mulier ecce filius tu
us. ad discipulū aūt. ecce mater tua. ac si di
cat. Dis membr mater q̄ bi p quib9 patior
tui sūt filij adoptiui: quippe q̄s dicit esse vo
lui fratres meos. Et cū pater meus celestis
exigēte iusticia in peccatorē desseuiat ipm vo
lens dānare: tu tanq̄ mater ipm peccatorē
p quo nūc mozior maternis amplectere vi
sceribo. et tre patris te opponēs. p filijs inter
pella. ¶ aūt conuersus ad discipulū dixit: ec
ce mater tua. tantū est ac si in p̄sona Johan
nis qui sonat gr̄a dei dicat oñibo peccatori
bus. ecce mater vr̄a. vt cū pre cōfusiōe sceler
vr̄or nō audeatis leuare faciē vr̄am ante
iudicē deū: nec coz dño apparere: ad Ma
riam tanq̄ ad matrē fiducialiter confugite:
quā vt matrē reuereamini. et ipa vos tanq̄
filios foueat. p moueat. nutriat. et defendat.
Ipsa em̄ ad hoc electa est vt congreget p fu
gos in israhel. fm ysa. xj. Ipsa est em̄ p ciui
tate refugij designata. Un Deut. xix. dicit.
Tres ciuitates sepabis in medio terre: ster
nens diligēter viā vt habeat e vicino q̄ pro
pter homicidiū. p fugus est quo possit euade
re. ¶ Tercia benedictio est singularis
gratie collatio. de qua dicit Geñ. Benedi
xit dñs Abrahā. p quē nostra virgo est mul
tiplicater bñdicta. omnes em̄ gr̄e quas acce
pit a dño fuerūt gr̄e singulares. Quarta be
nedictio dicit cōgratulatōis collaudatio. et
hec est solius virginis bñdicte: que tam sup̄
modū sup̄ omnes homines p fecit in gr̄a vt om
nes admiratēt et admirantes deū magnifi
cent in eternū. Deq̄ dicit Judith. xiij. Bñ
dicta es tu filia a dño deo excelso pre oibus
mulieribo sup̄ terrā: qui nomē tuū ita ma
gnificauit vt non recedat laus tua de ore ho
minū. q̄m in oñi gente qui audierit nomē
tnū magnificabit deum israhel sup̄ te. Et se
quit. Tu gloria hierlm. tu letitia israhel. tu
honorificentia p̄li nostri. qz fecisti viriliter et
cōfortatū est cor tnū q̄ castitatē amauerit. et
man9 dñi cōfortauit te. et eris bñdicta i eter
num. De hac cōgratulatōe ipsa nostra vir
go gloriat: dicens. Ecce enim ex hoc beatam
me dicēt omnes generatiōes. Sequit̄ sexta
et vltima particula salutatōis. quā tñ nō an
gelus: ñ Elizabeth addidit: dicēs. Et benedi
ctus fructus ventris tui. Hec aūt bñdictio oq̄
fructus virginis. i. Jesus xp̄s bñdicit̄ in plus
se hz q̄q̄ benedictio virginis. qz bñdictio vir
ginis sup̄ omnes mulieres et sup̄ omnes ho
mines extendit. bñdictio aūt fructus ei9 sine
exceptōe sup̄ omnia se extēdit: dicente ap̄lo
Ro. ix. Qui est super oia deus benedict9 in
secula. Haz illius benedictio ad omnes ele
ctos filios se extēdit. qz in eo omnes sumus
sua gratia benedicti. Hic Geñ. xviij. dic deus
ad Abrahā. In semine tuo benedicentur
vniuerse cognatōes terre. ¶ Iste aūt
gloriosus fructus est fructus trin̄. s. dei patris
oñipotētis. virginalis ventris. spūalis mē
tis. Sarno dico fructus iste est fructus dei pa
tris omnipotētis. Sic enim in p̄sona p̄ris dr
in p̄s. In splēdoribus sanctor9 ex vtero ante
luciferū genui te. Et in hac generatōe filius
eq̄lis est patri coeternus et consubstātialis.
Hinc Geñ. Altissim9 pater q̄uis omnipo
tens sit: nō potuit tñ vel equalez sibi cōdere
creaturā vel inequalē gignere filium. Fecit
ita q̄z angelū magnū: sed nō quātus ipe est.
et ideo nec eq̄lis: nec altissimus. solū aūt vni
genitū quē nō fecit sed genuit oñi potēs oi
potentē. altissimus altissimū. eternus coeter
num ipm sibi p̄ oia coeq̄ri. nec rapinā arbi
tratus est nec iniuriā. Secūdo idem fructus
p̄ris est etiā fructus matris p assumptū ho
minē: vt p̄z i tota ista materia. Tercio idē
est etiam fructus spiritualis mētis Mat. v.
Qui fecerit volū. ñc. vsq̄z: ipse me9 fra. so. et
mater est. Has aūt tres generatōes hz ex tri
plici substātia q̄ est in xp̄o. s. diuinitate. car
ne. et spiritu. Nam ex p̄re nascit deus. ex ma
tre homo. in mente nascit spūs. ex p̄re nascit
eternaliter. ex matre temp̄aliter in mente spi
ritualiter.

XL. De eodem sermo. v.

Missus est angelus Gabriel. Luc. j. Multa dicim⁹ ⁊ deficim⁹. qa vt ait Ber. Licet multi de virgine matre loqui gestiāt: quicqd tñ de indicibili dicitur: eoipo q̄ dici nō potuerit minus gratū sit. min⁹ placituz: ⁊ min⁹ acceptē. In verbis ergo ꝓpositis cū sequentibꝫ q̄tuor possumus intelligere q̄ ad dei incarnatōez decēter cōueniūt. s. angeli legationē. virginis deliberationez. ꝑsensus inclinationē. ⁊ dei ꝓceptionē. Primū ibi: aue cū sequēnibus. in quibꝫ angelus suā legationem ꝓposuit. Secundū ibi: quō fiet istud. in quo virgo beata se deliberauit. Tercium ibi: ecce ancilla dñi. in q̄ ꝑsensuz inclinauit. Quartū ibi: fiat mihi. in quo verbo deus intꝛe eius se inclinauit. nec deū cōcepisset: nisi prius cōsensisset. nec prudēter cōsensisset: nisi mature deliberasset. nec deliberasset: nisi legatōz angel⁹ obtulisset. ¶ Ad legatōē g̃ in cipiētes: dicim⁹ q̄ hec angelica legatio tria oñdit ⁊ pfecit in ea. Ostēdit eñ eam deo acceptissimā. hoibꝫ fructuosissimā. sibi ꝑ ꝑ sanctissimā. Primo dico oñdit eā deo esse acceptissimā: qui ad opus nre redemptiōis elegit eā ex omni carne. nec dubiū quin deo fuerit gratissima: qui eā ad tam sublime opus ex oibus ⁊ pre omnibꝫ elegit. qđ in se cognoscēs dic̄. j. Para l. xxviij. Placuit deo vt me eligeret. Secūdo hec legatio fecit eā hoibꝫ fructuosissimā. De nulla enim creatura pura tam copiosus fructꝰ puenit quēadmodū de Maria. de cuius fructu quātū in eo est omnes hoies sunt redempti: iuxta illud Eccli. Qui edunt me adhuc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Tercio hec legatio fecit eā sibi ꝑ ꝑ sanctissimā. cuius corpus ⁊ aīa ex vnione diuini germinis sunt q̄dāmodo deificata. Secūdo beata virgo post legationem habuit deliberationez quā flore triplici adornauit. Non enim ꝓcipitauit vt Eua. q̄ ad legationē serpētis statim ꝓcipitādo consensit: ⁊ morose deliberauit. qz cogitabat q̄lis eēt ista salutatio. nō nimis dubitauit vt Zacharias. qui ꝓpter nimiā incredulitatez linguę officio est priuatus. sed sapiēter interrogauit: dicens. Quō fiet istud. Tercio cōsensuz suū inclinauit: dicens. Ecce ancilla dñi. ⁊ hoc cum triplici deuotiōe oīnās cōsensum scz cum ꝓfunda humilitate. plena credulitate. affectuosa cupiditate. Naz hūilitas in ea apparuit q̄ cum regina celi ⁊ terre eligeret: ipsa se ancillā nominauit. Plena autē credulitas in hoc cognoscit q̄ dixit: fiat verbū tuum. Affectuosa cupiditas in eo qđ dixit: fiat. qđ est verbū optatiuū. Quarto post hūc ꝓsensuz deus se in eius vteruz inclinauit: ferens secum benedicte matri triplicem gratiam. Omnes enim mulieres maledictiōi sub iacebāt triplici. habent enim in cōceptiōe pudorem. in ꝓgnatiōe laborē. in partu dolorem. que tria dñi cōceptus abstulit et eorum cōtraria secum tulit. Nam vt ait Bern. fuit beata virgo sine pudore fecunda. sine labore grauida. sine dolore puerpera. ecce triplicem gratiā. ¶ His breuiter ꝓcursis: nunc videamus quō in predictis q̄tuor: scz legatione. deliberatiōe. cōsensus inclinatiōe. dei cōceptione: nostrū negociū actitetur. Omnes enim qui vnq̄z sunt gratiā cōsecuti: per ꝑdicta quatuor sunt ꝓmoti. ita vt qui deo vnq̄z placuerūt et ad eius regnum puenerūt: per ista quatuor trāsierunt que per ordinez prosequētes. Primo dicim⁹ q̄ deus magni cōsilij angelus ad singulos ⁊ ad oñes suas legationes mittit: nullū transiens: nullū ꝑternens. teste Job qui dicit. Super quem nō effulsit splendor eius. hoc est lumē gratie ⁊ vocationis sue. Hanc aūt legationez pagit in triplici genere nunciorꝫ. scz per creaturā. scripturā. ⁊ naturaz. Primo dico mittit ad nos omnē creaturā: que nos ꝓmonefaciat vt ad eum cōuertamur: ⁊ ei vt dignū est adhereamus. Nam in eo q̄ omnia seruiūt ei: qđ aliud astruūt nisi vt ad hoc ei pre oibus teneamur. ⁊ ad hoc simus tanto obligatiores: q̄nto pre ceteris digniores. Hinc Sapiē. xiij. A magnitudine speciei creature cognoscibiliter poterit eorꝫ creator videri. Cur autez deus p creaturā vult cognosci: nisi vt cognitο adheream⁹. Hinc Job. xij. Interroga iumēta ⁊ docebūt te. volatilia celi ⁊ indicabūt tibi. loquere terre ⁊ rñdebit tibi: ⁊ narrabūt pisces maris. Hinc Aug⁹. Ecce celū: terra:

mare ⁊ omnia que in eis sunt vndiq; mihi dicūt vt amez te. nec cessant hoc dicere omnibꝫ vt sint inexcusabiles. Interrogaui omnia de deo meo ⁊ dixerūt mihi omnia. nō sum⁹ deus tuus: quere supᵖ nos. Hinc Ber. Queso reduc oculos ad omnia inferiora et aduerte: si non cuncta que vel nobis in prosperis seruiūt vel seuiūt in aduersis. quedaz sunt calcaria vrgētia quodāmodo ad cursuz amoris. Secunduz legatum mittit ad nos deus scz sacram scripturā. que certatim clamat in omnibus dictis suis vt ad deum venire cōtendamus. Hinc Eccli. xlj. Verba sapientum sicut stimuli: que nos vel psuasione: vel exhortatiōe: cōminatione: promissione stimulāt ad deuz. Nam vt ait apostolus ij. Thimot. iij. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū. ad arguendum. ad corripiendū. ad erudiendū in iustitia dei. Per hos omnes modos sacra scriptura stimulat nos ad deum. Hinc idem apostolus. ij. Corinth. v. Pro christo legatione fungimur tāq; deo exhortāte p nos. obsecram⁹ p xpō recōciliamini deo. vt cū xpus pro oībus nobis mortu⁹ sit: de cetero qui viuūt iam non sibi viuūt: sed ei qui pro omnibus mortuus est. ¶ Tercius nuncius est ꝓpria natura: que sola omnibus tacentibus nunq; in homīe requiescit: sed semper bona suggerit et mala suggillat. intēdēs in eisdez duobꝫ vt ad dīm veniam⁹. Hinc Prouerbi. Siue irascat homo siue rideat: non inuenies requiē. Hinc Sap. Semper ꝑsumit seua ꝓturbata psciētia. Hinc Ber. Inexcusabilis est oīs homo: etiā infidelis si nō diligit dīm deū suū. Clamat nempe intus ei innata ⁊ nō ignota rōni iusticia q̄ ex toto corde illū diligere debeat cui se totum debere nō ignorat. Hinc ē q̄ eadē natura duo p̄cepta aīe suggerit. s. affirmatiuum: qđ tibi vis fieri vide vt alteri exhibeas. Negatiuū scz qđ tibi nō vis fieri alteri ne feceris. vt p hec duo oibꝫ aliꝫs tacentibꝫ ꝓmoneamur vt ad dīm veniamus. Ante oīa aūt ⁊ supᵖ oīa iceſſanter hec diuina inspiratio saluē nobis nūciat. q̄q̄d em̄ de gr̄ie bōi menti suggerit dei ē locutio: dei legatio: ⁊ dei ad se stimulatio. Hinc Ber. Si int⁹ admonitus fuero in spū de tuēda iusticia. seruāda eq̄tate istiusmodi salutaris suasio erit mihi. pfecto p̄nūcia imminētis aduentus. ⁊ ꝓparatio quedā adsuscipiendū deū. Nec talia cogitata putemus nr̄am cogitatōem. dicit em̄ ber̄. Cū mala in corde versamus nr̄a est cogitatio. si bona dei locutio. illa cor nostrum dicit. ista audit. Accepta g̃ hac triplici legatōe dic̄ nobis de illud. ij. reg. xxiij. Nūc delibera ⁊ vide quē respondeam ei qui misit me sermonē. Item iosue. xxiij. Elige hodie qđ placet cui seruire ꝓpositum debeatis. Et respondemus omnes illud exodi. xxiij. Omnia que locutus est dominus faciem⁹. ⁊ illud iosue. xxiij. absit a nobis vt dominum relinquamus. Sed pleriq; dicunt ⁊ non faciunt. quod nō sine dolore dici poterit. maxima enim multitudo facit contrarium. de quibus iudi. ij. dicitur. Audientes mandata domini omnia facere contraria. propter quod deus nō quiescit ꝑmissi precipitationem sed mutuam deliberationem. ¶ Secūdo ergo ex his cōmoniti deliberemus vtꝝ expediat vt dño seruiamus vel ab eius seruitio recedamus reuocantes ad memoriam hūius vite breuitatem. future eternitatē. inferni calamitatem. celi iocunditatē. inferiorum bonorꝫ tenuitatē. superiorꝫ copiositatē. demonū impietatē ⁊ crudelitatē. dei ⁊ sanctorꝫ benignitatem ⁊ sublimitatē. q̄ cū diligenti cōsideratione comparamus ad inuicē inuenimus sine oī ambiguo nihil dignius. nihil vtilius. nihil dulcius quā vt domino seruiamus. Nā cui dignius seruiemus quam ei qui dedit nos metipsos nobis celum ⁊ terram mare ⁊ oīa que in eis sunt. nec his contētus sed q̄ maius omnibus est. dedit semetipsum nobis seruiens peccatis nostris sicut ysa. xlij. Seruire me fecisti in peccatis tuis. prebuisti mihi laborē in iquitatibus tuis. nec ꝓtent⁹ his sed addidit promittens bona infinita scz celi possessionē. fruitōz. an cui adhuc fuiem⁹ dign⁹ q̄z ei q̄ sol⁹ supᵖ nos ē de⁹ nr̄ Quotiēs em̄ fuimus creature incuriam ⁊ seruimus inferioribus ⁊ indignioribus ⁊ ex hoc incurrimus maledictionem sicut per ꝓphetaz dicitur. Maledictus qui seruit indignis se. ignominiosum enim habet dominuz

qui seruit dyabolo. Secundo nihil est vtili
us nisi vt deo cui seruire regnare est) seruia
mus. Hec aũt vnlitas vt paucis concludat
verbis ꝓsistit in oñi maloꝝ euasiõe. ⁊ in om
ni bonoꝝ assecutõe. de quib⁹ duob⁹ dicit. ℣.
Para l. xxiij. Si q̃sieris dñm inuenies eũ.
si aũt derelinq̃ris eũ, ꝓiciet te i eternũ. Ter
cio nihil dulcius est quaꝝ adherere ⁊ seruire
deo. sicut dicit Eccl. Nihil dulcius q̃ respi
cere i mandata dñi. Et in ps. Dulciora su
per mel ⁊ fauũ ⁊c. Hinc Mat. xxvi. dic.
Jugũ meũ suaue ẽ ⁊ onus meũ leue. Se q̃
Bern. Deus qui eternã vitaꝝ ꝓmittit in pa
tria: ꝓsentem cõsolatiõem ⁊ requiẽ promit
tit in via. ℣ Visis ergo causis ad ser
uiendũ deo fortissime cogentib⁹ tercio dicẽ
dum de cõsensus inclinatiõe: per quem nos
velle seruire deo ꝓmittimus ⁊ vouemus. q̃d
cuꝝ facere intendim⁹: dicit nobis illud Die
re. ij. Scito ⁊ vide quid feceris. ac si dicatur
Cõsidera q̃s sit cui offers. quid sit q̃d offers
⁊ q̃liter. Scio ꝓsidera quis sit cui votũ tuũ
offeras. quia nõ ẽ vnus de plebe cui possibi
le sit mentiri. sed est deus. cui si mẽtiti fuerī
mus: potestatẽ habet corpus ⁊ aiam mitte
rẽ in gehennã. quia sicut Eccli. v. dicit. Di
splicet deo infidelis ⁊ stulta promissio. Illa
autẽ ꝓmissio stulta est ⁊ infidelis que ꝓmit
tit q̃d non soluit. Secũdo considera quid sit
q̃d offers. ⁊ sunt omnia q̃ nõ sunt deus q̃ in
triplici rerum differẽtia includunt: que sunt
res corpus ⁊ anima. Res aũt offerimus per
paupertatẽ. animã per resignatã ꝓpriam vo
luntatẽ. corpus per castitatẽ. Tercio cõside
ra qualiter offeras p̃dicta tria. ⁊ hoc facien
dum est cũ triplici cautela. scz sine omni re
uocatõe operis expletiõe. ꝓfectuũ augmẽta
tione. Primo dico offeramus deo votũ vi
te nostre sine oñi reuocatiõe. vt q̃d semel cũ
cauta deliberatiõe obtulim⁹: nunq̃ad nos
reuocemus: sed vtamur oblatis. scz reb⁹ cor
pore ⁊ aĩa tanq̃ nõ nostris: sed tanq̃ eius cui
ea obtulimus. Hinc Deutro. Cuꝝ voueris
votũ dño deo tuo: non tardabis reddere. q̃
requiret illud a te dñs deus tuus ⁊ si mora
tus fueris reputabit tibi in peccatũ. Si no
lueris polliceri absq̃ peccato eris. q̃d autez
semel egressuꝝ est de labijs tuis obseruabis
⁊ facies sicut ꝓmisisti. q̃ vt dicit Eccl. Me
lius est nõ fouere q̃ post votum ꝓmissa nõ
soluere. sume cauẽtes ne impediat nobis de
us illud Diere. ij. Cõfregisti iugũ. rupisti
vincula ⁊ dixisti nõ seruiã. Secundo obla
ta deo p votũ nostrũ non solũ nõ retinam⁹
sed ope expleamus. non solũ lingua ꝓmittẽ
tes: sed vota nostra ope ⁊ veritate adimplẽ
tes. q̃d tunc veraciter facimus: si in his que
deo vouim⁹ nec nobis nec alijs: sed soli deo
viuamus: facti nobis tanq̃ vas ꝓditũ. Q̃d
faciendũ monet nos aplus: dicens. Nemo
q̃d sibi vtile est faciat: ꝫ magis q̃d alteri. Et
illud. Omnia quecũq̃ facitis ad gloriã dei
facite. Tercio vota nostra dño ꝓmisso solua
mus cũ augmẽtatiõe: vt de die in diez vota
nostra augeam⁹. Nã vt ait Bern. nulli diu
in eodẽ statu esse cõcedit. Oportet emꝝ fuũ
dei aut deficere: aut ꝓficere. Ne ergo deficia
mus. necesse est vt ꝓficiam⁹. Nec hoc inten
dimus astruere: vt qui hodie fecit q̃d potu
it cras faciat plusq̃ possit. vt qui hodie oras
psoluit psalteriũ cras dicat duo ⁊c. hoc enim
esset discretõis metas excedere. ꝫ dicim⁹ hoc
augmentũ in spũ fieri oportere. vt videlicꝫ
in charitate hũilitate ⁊ ceteris virtutib⁹ ꝓfi
ciamus. vt qui hesterni multuꝝ deum dilexim⁹
⁊ multũ hũiles fuimus ⁊c. hodie plus diliga
mus: plus cora deo hũiles appareamus. Nã
ex tali augmẽtatõe nõ solũ nostrũ obsequiũ
nõ aggrauat: sed potiꝰ alleuiat. vt cũ ps in
via testimoniorũ dei sicut in oibus diuitijs
delectemur. Quarto post dei lega
tionẽ nostrã deliberationẽ ꝓsensus inclinati
onem dei accipim⁹ visitationẽ. Haz p̃dictis
illectus venet ⁊ ruit in amplexꝰ: dicẽs. Ec
ce assuꝝ. Quõ aũt veniat tangit paucis ver
bis Deutro. xxxiij. vbi dicit. Ipse venit ple
nus benedictõib⁹. Est aũt triplex benedictio.
scz maledicti euacuatio. fecũditatis amplia
tio. singularis gr̃e collatio. Maledictio aũt
quã prima benedictio euacuat in duob⁹ cõ
sistit. s. in laboris fatigatõe: ⁊ eiusdez laboris
frustratõe. De primo dr Gen. j. In sudore
vultus tui vesc. pane tuo. De secũdo statim
subiungit. Cuꝝ operatus fueris: terra nõ da
bit fructus suos. Hãc maledictiõem auferet
cũ venerit ad aĩam ferẽs secũ benedictiõem.

per cuius virtutem laborant sine fatigatione et cū magna fructificatione. de quo per Esaiā dr. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē. assument pēnas vt aquile currūt et nō labulabūt laborabūt et nō deficiēt. Et ē cā qr dñs existēs cū eis portat laborem et ideo non lacescunt. ppter quod deus suū suicū vocat iugum leue dicens math. Tollite iugum meū super vos. De hac bñdictione dr Gen. xxv. Modicū habuisti antq̄ venirem ad te. et nūc benedixit tibi deus ad introitū meū. Secunda benedictio est fecunditatis ampliatio. qr statim ex eius pñtia oīa ad meritū ꝓpagātur. quicquid ei in dei pñtia agitur. totū erit meritoriū apud deū. Hinc ij. reg. de deo dr. Cuncta salus mea et oīs voluntas. nec est quicq̄ ex eo. qđ nō germinet. oīa eñ talib cooperātur in bonuz. de hac bñdictione dr Gen. Benedixit eis dicens. Crescite et multiplicamini. ac si dicat Crescite in vite sanctitate et multiplicamini in meritor multiplicitate. qđ solū ex dei contingit pñtia. quia sine eo nihil possum? nec quod facimus quicq̄ valet. Tercia benedictio est singularis gratie collatio. offertens singulis sm q̄ plus et minus ad gratiā se disponunt et fidelius et sincerius dño se ꝓiungūt. iuxta illud Esa. Scom. magnitudinē opm erit visitatio. de cuius diuersitate dicit bern. Oportet provarijs desideriis anie gustū diuine pñtie variari. neq̄ audiuimus in amatorio carmine canticor q̄ties mutauerit vultū et nūc instar verecūdi disponi sancte anīe petat amplexus et osculis delectetur. nūc vero in oleo et vngentis medicū se exhibeat. cursumq̄ quasi viator et similibus modis gratiam secum afferat dominus iesus ꝛc̄.

XLI. De sancto Ambrosio.

Videte vigilate et orate. marci xiij. Di. bern Me in huius sancti festiuitate curiuscūq̄ sermonis videamur immunes. recurrēdū est ad euangelicā lectionē in qua sub triū breuitate verbor sapia dei pris humane perfectōis summā includit. Ait enī. Videte vigilate et orate. Quāt in his tribus verbis hūane ꝓfectōis vita ꝓfistat luceclarius patebit si virtutē eorundē verbor ꝓgnoscemus. Nā per verbū videte a malis purgamur. q̄ secundum scz vigilate bona opamur. per tercū scz orate ad ꝓfectū sanctificamur qui autē a malis purgatur bonū opatur et sanctificatur. hic perfectus est vir. Et qr egregius iste doctor btūs ambro. virtutē et amorē horū triū verbor ꝓfectissime in se transformauit ideo placuit ad gloriaz suā in eius festo de predictis verbis facere sermonē. hec breuiter tacta de sancto ambrosio dicta sufficiāt. Nunc videamus quib exercitijs ꝑdictor verbor virtutē et vitatē in nīam vitā transplantemus dicētes. Videte vigilate et orate. Quō ergo per verbū videte a malis purgemur sic patet. nam hoc verbū videte idem est q̄ cognoscite vel intelligite sicut visitato modo loquēdi post narrationē alicuius sermonis dicimus. Vides hoc. i. intelligis hoc vel ꝓgnoscis hoc. qđ etiam Bern asserit sic dicēs. Ille qui videt oīa hortatur nos vt positis oculis carnalib. mētis oculis lumē videamus. illis inq̄ oculis de quib ꝓsalomone dr. Oculi sapiētis in capite eius. i. in xp̄o. qui cuz sit caput nīm et corpalib oculi videri nō possit ꝓphē est vt hoc intelligatur de oculis cordis dictū ¶ In hui? ergo verbi virtute tria intelligimus q̄ seinuicē ꝓsequūtur. p̄ q̄ tria a malis oīb plenissime purgamur scz p̄ ꝓcōr cognitionē. ꝓcritōez et remissionē. dic ḡ nobis deus. Videte oculis cordis introrsum et plustrate ꝓsciam et videte mala q̄ ꝓmisistis. qr nēo mōs a sor nec infans vm? diei cuius vita est sup terrā qđ si facimus inuenimus imensum cumulū pcōr si nō oculos cordis sm iere. xxi. diriginm? in directū. aut ei sic Statue tibi speculā. pone tibi amaritudies et dirige cor tuum in viā directā in q̄ ambulasti. si eni dauid di secretarius ve dicere potuit. Circumdederūt me mala quor non est nu. et alius. ꝓpeccaui sup arenā maris. quō nos miseri nō possum? dicere. qr peccauim? supomnē estimatōz. aut qđ pcm̄ inter oīa gña mali esse potuit. quod non vel affectu vel operis effectu aliquando commisimus. qr quāto puriores sum? et viciniores do. tāto plura

cognoscimus ⁊ videmus dicēte gre. Sancti viri quo apud deum altius ꝓficiunt eo subtilius indignos se esse deprehendūt. qz dū ꝓximi luci fiunt. quicquid eos in se latebat inueniunt ⁊ tanto sibi foetis deformes apparēt. quāto minus pulcrū est qđ intus vident. hoc est qđ Ezech. viij. dr. Adhuc ꝓuersus videbis abominatōnes maiores qz quāto verius ad deū ꝓuertimur tāto maiores abominationes videmus. ¶ Cleū qz omne malum veraciter cognitū displicet ⁊ tanto amplius displicet quāto verius esse cognoscitur malum. ideo ex hac cognitione (si tamē vera ē ⁊ sincera) necessario sequitur displicentia ⁊ cognitio pctōꝝ. qđ nō est aliud nisi dolor vehemēs qui cōterit oīa genera pctōꝝ. Spūs em dñi qz malum secum ꝓpati nō poterit. statim vt intus venit per vehementē dolorē contritionis pctā cōterit ⁊ edificat puritatē. hic. iij. reg. xix. Spiritus dñi grandis ⁊ fortis subuertēs montes ⁊ conterens petras ante dñm. ꝑ non in spiritu dñs. acsi dicat. Licet in tali ꝓtritōe sit veraciter deus pñs. tamen qz dulcis est dñs ⁊ amara contritio. ideo dñs non sentitur. hinc Esa. dr. Tritulabis montes ⁊ cōminues ⁊ colles in puluerez pones. ē. per montes ⁊ colles peccata parua ⁊ magna signans. vnde in predicto verbo sequitur Et tu exultabis in dño ⁊ in sancto israel letaberis. quia post contritionem gaudiū ⁊ exultatio infundetur que duo certum sunt signū remissionis peccatoꝝ. Nunqz em penitens gaudet ꝑ luget donec percipiat veniaz peccatorum. et hoc est qđ penitēti ꝓmittitur Esa. Infrenabo os tuū laude mea sez ꝓ remissionē pctōꝝ ne intereas sez per luctū et tristiciam. Et sciendum qđ de his tribus scilicet cognitione. contritiōe ⁊ remissione simꝫ scribere placuit. ad insinuandū qđ simꝫ sunt tpe. qz in eo puncto quo ve cognoscim⁹ statim ꝓfugimur ⁊ remissionē statī accipim⁹ Quāūt ꝓgnitio ⁊ contritio sine pēna sint simul tpe astruit Gerū dicēs. Notandū qđ ista duo sez ꝓgnitio ⁊ ꝓtritio sp sibi inuicē sunt ꝓiuncta. vt ꝓgnoscere nō possit quis nisi peniteat nec penitere possit nisi cognoscat Quēti cū illis duobꝫ statim sit remissio ꝓ ex eo qđ ij. reg. dr. qđ postqz dauid penitendo dixit. ꝑccaui ꝓpterea statī subiūxit remissionē dicēs. Trāstulit dñs pctm tuum Itē ꝓ ezech. in vetusta trāslatōe dr. Quacūqz hora pctor ingemuerit oīm pctōꝝ ñ recordabor amplius. hinc crisꝰ ait. Sine oīmi intervallo lacrime penitētis ⁊ remissio peccatoꝝ sil'sūt tpe. et hoc verū est q̄ntū ad culpā siue offensam dei quā statim remittit dominus sine mora. licet ꝑm albertū supmissam oporteat hominez per multa trahi afflictiones quaz peccatum penitus destruatur. et hoc quantum ad maculam. ¶ Sequitur secundum principale scilicet vigilate in quo verbo post mali purgationē hortamur ad boni operationem. Hoc verbo scilicet vigilate sepe dominus vsus est in scriptura hortans apostolos ⁊ nos in illis vt supꝫ statu nostro solicite vigilemus. dicens math. viceſimo quinto. Vigilate quia nescitis diem neqz horam et multa similia ꝑ totum euangelium. Sunt autem pre ceteris tres vigilie omnino necessarie quas Gregorius breuibus verbis tangit dicēs. Vigilat qui seruat operando quod credit. vigilat qui a se torporis ⁊ negligentie tenebras repellit. vigilat qui per aspectum veri luminis mētis oculos apertos tenet. in prima vigilia proponit nobis deus bonorum quantitatē. in secunda qualitatem. in tercia veritatem. vt videlicet opera nostra sint multa. bona ⁊ vera. que tria si nostris operibus adꝫcimus sine dubio vtiliter vigilamus. ¶ Primo dicovigilemus super opera nra vt sint multa omnia in quibus deo placere nos posse speramus operantes. quod facere monemur. Ecclesiastici. Quodcunqz potest manus tua facere instanter operare. quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. et iterū. Ne semina semē tuum et vespere non cesset manus tua. quia merces erit operi tuo. qz vt sapiens dicit. In omni opere bono erit abundantia taliter agentes vt fidem nostrā magnam esse. magnis operibus comprobemus. quia secundum apostolum fides sine operibus mortua est. qz vt ait gre. Tūc vere fideles sumus. si quod nobis ꝓmittim⁹ opi

bus adiplere n̄. Scdo vigilādū est sup nostrū opm qualitate. vt sicut prius vigilauimus vt essent multa. sic nūc vigilemus vt sint bona. Erūt autē bona si omnē negligentiā z torporez ab eisdem operibꝫ repellamus. hinc ꝫ. paralip. ix. dr. Sit timor dñi vobiscū z cū diligētia cuncta facite z sic agetis in timore dñi cuncta fideliter z corde perfecto. cui psonat aposto. col. iij. di. Quodcūq facitis ex animo operamini sicut dño nō hominibꝫ. scientes q a dño recipietis retributionē hereditatis. Sicut ergo in prima vigilia vigilauimus opa multiplicādo sic etiā nunc vigilemus eadem bene faciendo De quibꝫ ambobus monemur in lege cuz dicitur. Juste qđ iustū est exequaris. z hoc est qđ supra intendit gre. cuz dicit. Vigilat qui a se torporis z negligēne tīebras repellit. Predicta ergo duo cū magna circūspectione opemur vt videlicet z multa sint z bene facta que raro fiunt vt oportet. qđ considerans iob dixit Verebar omnia opa mea qđ psiderans Gre. dicit. Quid est q Job mira faciēs hec ipa vereretur nisi q in sancti viri actibus verbis q colligimus vt si placere deo veraciter cupimus. postq̄ peruersa subegimus ipa in nobis bene gesta timeamus. Cur hoc statiz subiūgit berñ. dicēs Duo sunt que in bonis opibus necesse est vt studiose formidēt. scz desidia z fraus. desidia p torporē nascit faciēs pauca opa qđ ē contra primā vigiliā que facit multa Fraus aūt fit per priuatam dilectionē que facit cōtra scdam vigiliam. quia bona nō bene facit hoc psiderans iob dixit. Verebar oīa opa mea. acsi dicat. Que aperte egerim video sed quid in his latenter perpetrauerim ignoro. nā predicta duo scio. scz fraus et desidia in bonis opibꝫ tam abominabilia sunt coram deo vt p Jere. xlviij. maledicantur qui taliter opant̄ vbi in antiqua translatione dr. Maledict? qui facit opus dei fraudulenter z desidiose. quam maledictionez si cauere cupimus p dictas duas vigilias solicite obseruemus.

¶ Tercio vigilandum est sup nostrū opm veritatem. que tunc saluberrime verificātur cum per affectum intime deuotionis et per aspectum diuine contemplationis. omnes vias domini vigilantissime obseruamus. sic enim dicitur prouer. viij. Beatus est qui audit me z vigilat ad fores meas et obseruat postes hostij mei. Ad hanc vigiliaz hortatur nos dñs Lu. xij. vt simus similes hominibꝫ expectantibꝫ dñm suū q̄n reuertatur a nuptijs. Hoc aūt vigilare nihil aliud est q̄z diligentissime obseruare internos motus affectōm nostrarū. quibꝫ ex dei presentia alteramur z variamur ad diuersa genera gratiarū nunc enim premimur ad humilitatem. nunc vero accendimur ad caritatem nunc autē illuminamur ad cognoscendam mysticam veritatem z sic variis modis afficimur p̄m q spirit? domini nos cognouerit indigere z nos dignabitur p̄mouere z ideo valde actēte obseruāde sunt vie eius. Quas diuersitates tangit. iob cuz dicit. Quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. quod exponēs Gregoriꝰ dicit. Quasi venas susurrij sui aperit nobis deus cum nobis latenter insinuat quot modis ad nostre intelligentie aurem venit. Aliquando enim nos amore aliquādo timore compungit. aliquando presentia q nulla sint ostendit. aliquādo ad eterna dilectē da desiderium erigit. aliquando prius eterna indicat vt postmodum temporalia vilescant. aliquando nostra nobis mala aperit. et ad hoc nos instruit. vt de alienis malis etiam doleamus. aliquando aliena mala nostris obtutibus obijcit z cōpunctos nos mirabiliter a nostra prauitate corrigit. Venas itaqꝫ diuini susurrij audire z furtim diuine aspirationis modos occultos tenuiter z latēter cognoscere. qui ppe qui adhoc venit ad nos vt eius presentia homo p̄mo ueatur. et ad hoc recedere se simulat vt auidius requiratur. cogentes eum atq̄ dicentes. Mane nobiscum. De hac vilia intendebat Gregoriꝰ. cum dicebat. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos aperios tenet. Ipsa enim est nobilissima vigilia inter omnes. quia cito ducit hominem ad perfectum sicut dicitur Sapientie sexto. Qui vigilauerit ad illam cito erit securus. ¶ Sequitur tercium principale. scilicet orare. per quod

dixímus nos ⁊ nostra opera sanctificari vt sicut prius per actuz videndi purgari ⁊ per actū vigilandi meritis ditari sic per actum orandi dicimur sanctificari. dicit enī vitas iob. vi. Verba mea spūs ⁊ vita sunt. q̄ quā to crebrius ruminātur. tāto verius homīes ex eis purificātur. hīc eī tbi. iiij. or. Sāctificātur hoīes p̄ vbū dei ⁊ oratōes. Sūt aūt tres spēs oīois p̄ ceteris sanctiores q̄ ex triplici gñe deuotōis dño offerūtur. scz filial'. sponsalis ⁊ diuinalis. Filial' oīo est quā solī filij offerūt deo vt pri. Quā tūc effundi? cū p̄ priora exercicia sublato timore pcōr ⁊ dulci affectu deū oramus ⁊ adoram? stantes in eo affectu corā deo dulciter amantes ⁊ fiducialiter orātes. de paterno affectu nihil oīnio hesitātes. sicut filius añ p̄em. principāris spīm natalis filij qui patrē sp dulciter ⁊ fiducialiter orauit. dulciter dicēs. Abba pater. fiducialiter dicēs. Ego sciebaz qz spīme audis. de q̄ di. ap'. ro. iiij. Quoniaz estis filij misit dūs spīm filij sui in corda nra clamantē abba pr̄. hinc dñs alter. di. Dulcissimū est nomē patris in ore filij. si tñ filius in spū qui a p̄re p̄cedit in filiū. orat ōm suspirās ad p̄riam quā in illo affectu superspērat se tāq̄ iure hereditario possidere. hec tñ deuotio nō est plena. qz deū diligit. p̄ter hereditatē in illo amore oculū reflectēs ad p̄riam. Ad hāc orationē dñs instituere nos voluit cū dīcā oronē patris noīe ichsauit R Secūda oīo ōr sponsalis. q̄ ex tali affectu amoris deo offertur. quē casta spōsa exhibet sponso suo. q̄ nec diligit nec q̄rit nec desiderat aliud nisi sponsum. nā siue eā corripiat. siue durū se ei exhibeat siue p̄cutiat. siue q̄cūq̄z alio mō indignatōis oculo ipaz respiciat. diligit tñ sponsum. sic oratio spōsalis orat deū nō p̄ter gratiā impetrādam nec p̄ter patriā possidendam. sed orat deū et diligit. p̄ter deū. di. illud p̄s. Quid ei mihi est in celo ⁊ a te quid voluī sup terrā vsq̄z. tu es deus cordis mei ⁊ pars mea ds in eternū. Quippe qui est ei plus in affectu q̄z oīa desiderabilia q̄ potuerūt exoptari. In hac exp̄ctatione anima suspensa incipit languere et p̄e impatienti desiderio estuare interpellans omnē celi milicia dicens. Adiuro vos filie ihrusalez vt annucietis dilco quia amore langueo. de hoc affectu d. bernardus. Subtractio rei amate augmētatō desiderij est. et q̄ ardenti? optat carz egri? et hoc est languor amoris q̄ non est aliud. nisi tedium impatientis desiderij. S Tercio oratio ōr diuinalis q̄ de pleno pmptuario omniū gratiaū ⁊ maxime ex fruitiōe diuine p̄ntie dño exhibetur. p quā sancti homines inebriari iuxta illud p̄s. Inebriabūtur ab vbertate domus tue. p nimia dulcedine. detruncatas orationes vel potius eructuatas dño euaporāt. vel deficiunt in oratione nescientes quid loquantur. q̄ tam in figura q̄z in scriptura deuotis hominibo legimus euenisse. In figura sicut. j. regū de anna legitur vbi sic dicitur. Anna loquebatur in corde suo tantūmodo labia illius mouebantur et vox penitus nō audiebatur estimabat igitur heli eā esse temulentā dixit q̄z ei. vsq̄z quo ebria eris? Similiter in scriptura vbi dicit. sup illo verbo detrūcato. dilectus meus mihi ⁊ ego illi dicit. Affectus hic loquitur nō intellectus. et subiūgit. Ad quid ergo sic loquitur? Ad nihil aliud nisi q̄ mirabiliter delectata nec omnino tacere potuit nec tamē q̄ sensit exprimere. Habēt enī voces suas affectus per quas seentiā cuz volunt. p̄dūt. timor metulosas. dolor gemebundas. amor iocundas. verbi gratia. In quid merentium singultus vel gemitus p̄cussorum vel etiam saturatoz ructus vsus creat. ratio excitat aut deliberatio ordinat. ī p̄meditatio formar. sic flagrans amor p̄ri diuinus. cum se contra se cohibere non prevalet. non attendit quo ordine qua lege vel bozum ebuliat. interdum nec verba requirit interdum nec voces vllas solis suspirijs contētus. Inde est quod q̄ eiusmodi est sancto amore flagrans id q̄z incredibili modo pro captanda quantula cunq̄z euaporatiōe ardoris quem patitur. nō considerat quid qualiter eloquatur. sed quicquid in buccas venerit amore vrgente non annunciat. sed eructuat. ad quaz eructuationez in presenti pregustandam ⁊ in futuro superefluentez repletionem eternaliter possidendam. nos perducat iesus christus.

XLII. De sancto Marco sermo vnicus.

Similis factus ē leoni in operibus suis. i. Matha. iij. Dicit Grego. Rquia p clamorem in deserto. qđ ꝓprium est leonis. sanct⁹ marc⁹ suū exordium est euāgelium recte leo figurat. quē ezech. ꝓphēta in veteri testamento. t Johan. in nouo sub forma t figura leonis ambo in spū cū euangelistis ceteris prēuiderūt. nec immerito: quia p rugitum sui euangelij virtute mirifica dei ecclesiaz edificauit. cuius vitā gl̄osam sicut in passionali legit̄: creb̄a miracula attestāt̄ur et hec breuiter tacta de sancto marco suffician̄t. Nam qui de eius vita t miraculis pdicare voluerit. in ei⁹ legenda copiosa materia inuenit̄. Nunc verbū ꝓpositū ad nrām edificationē inflectamus: aliquid ex eo eliciētes qđ ad laudem dei t hui⁹ sancti edificet mores nr̄os. Nam vt ait Aug⁹. Nullus maior deo t eius sanctis honor poterit exhiberi: qz vt eos p virtutib⁹ imitemur. de eoz vita t doctrina nr̄is moribꝰ aliqđ attrahentes per qđ eis assimilati ad eoz consortiuz veniamus. Quia igit̄ beatus marcus ex similitudine leonis ad tantā vite sanctitatē est pmotus: vt eius memoria in ecclesia dei celebris habeat̄. intueamur t nos leonē vt ex ei⁹ ꝓprietatibus t actib⁹ nrām vitā similiter emendemus. De leone tria p ordinē p̄currentes scz de leonis diuersa acceptione. secđo de leonis hic intenti electiōe. tertio de ꝓprietatū leonis ad iustuz hoīem applicatione. Primo dicamus de leonis diuersa acceptione. de q̄ dicit Greg⁹. Quia natura vnius cuiuscz rei ex diuersitate cōponit̄: ideo in sacro eloquio p rem quālibet licite diuersa signant̄. qđ de leone qui in manib⁹ est exemplificat ita dicens. Ecce leo habet virtutē t seuiciā. Ex virtute signat deū t iustū hominē. deū qui virtutem habet ex natura. iustū hominem qui virtutē habet ex gratia. Ex seuicia aūt dyabolum signat. Q: aūt leo deū iustū hominē t dyabolū significat euidenter legim⁹ in scriptura. Nam de leone deo dicitur Apoca. v. Ecce vicit leo de tribu iuda: radix dauid. In quo ꝑs natus ex semine dauid describitur quē deus pater rugitu diuine fortitudīs a mortuis suscitauit. De leone aūt dyabolo dicit̄. i. Pe. v. Fratres sobrij estote t vigilate. qz dyabolus tanq̄z leo rugiens ꝛc. De leone vero iusto hoīe dicit̄ in ꝓuer. Justus q̄i leo confidit absq̄z terrore erit. qđ exponens Greg⁹. dicit. Qui sua spontanea mortificatione ꝓtra aduersa oīa fortitudinez securitatis habet. leo ꝓgrue nuncupat̄. Secđo dicemus de leonis hic intenti electione. obmittentes ergo primū t scđm leonez eo q̄ diuini leonis virtus t fortitudo inattingibil̄is sit t inexplicabilis. t scđi leonis seuicia t malicia abominabil̄. de tertio leone scz iusto homine: eo q̄ hoc ad instructionē morū nobis hic ꝓficiat. pseq̄mur. Tertio q̄ dicemus de ꝓprietatū leonis ad iustū hominē applicatione. Propter qđ sciendū q̄ sicut in naturis rerū legim⁹: leo obmissis multis alijs sex habet ꝓprietates. Consueuit em̄ vestigia sua cauda ꝓplanare. rugitu suo catulos suscitare. bestias suo circuitu captiuare. dorsum cauda verberare. venatoribꝰ aucter obuiare. dormiens vigilare. Hec per ordinem p̄sequētes. primo dicimus q̄ leo cōsueuit p caudaz suā vestigia complanare. ne sua itinera deprehendant̄. Quid p vestigiū nisi oīa tpalia: que sunt veroz t eternorū bonorū vestigia intelligimus? Scim⁹ aut̄ē q̄ vestigium nō est illud cui⁹ est vestigium sed similitudo eiuſ. similiter cauda finis est eius cuius est cauda. Si ergo mentē pulsauerit delectatio tpaliū bonoz̄ que sunt diuitie. honores. voluptates. cogitemus ad quē finem nos ptrahant: qz excludunt a veris bonis t pertrahūt ad infernū. Non ergo attendamus ad hoc qđ iam a patet: sed quo nos pertrahant. t eadez tpalia q̄ vestigia sunt veroz̄ bonorū p̄sideratione finis tanq̄z per caudam a nostris cordibꝰ deleant̄. dicentes intra nos illud Matth. Quid ꝓderit si homo lucretur vniuersum mundū. anīe vero sue detrimentū faciat t sic in hoc primo actu leonē congrue imitamur. Deletis g̃ his vestigijs vt in reliquū nō impediant. secđo imitemur leonē in rugitu. p quē leo catulos suos mortuos natos suscitat ad vitam. Sic t nos animā nrām ꝓpter dilectionē p̄dictorū

A.

temporalium: ⁊ inordinatū vsum eorundē mortificatam ꝓrugitū fortissime pñie advitam meritoriā suscitemus-lugentes et validissimo clamore rugiētes mortē aīe nostre quā ex inordinato affectu ⁊ malo vsu incurrimus ꝓdictoꝝ-hunc rugitū pñie deo taz efficaciter exhibentes: vt dicere possimus cū Job-xij-Tanqz inundātis aque sic rugitus meus-q̄ exponens Greg⁹-dicit. Dum electi mentis sue oculis diuina iudicia anteponunt: dū de occulta sup se sententia trepidāt dum ex vna parte culpas ⁊ ex aduerso districtum dei iudiciuz cogitant: q̄si q̄dam in eis aquarū moles ⁊ flumina colligunt: que interioris rugitus q̄si in subiecta littora deflunt-quē rugitū pñie dauid exhibuit cuz dixit. Rugiebaz a gemitu cordis mei. Cordis dolorem nō vocis clamorē volens intelligi Sed quid ꝓderit cōmissa penitendo diluere-nisi penitenda cū sūma diligentia cauebantur? Sic em̄ dicit Greg⁹. Vera penitentia est peccata preteria sic penitere: vt penitēda nō iterū cōmittantur. Quid em̄ ꝓderit iam lauisse si iterum sordibz inquinemur? Tertio ergo leonē iterū imitemur: qui bestias nouit suo circūitu captiuare-sic em̄ legit de leone. Qui cū vrgente fame ꝓdicta vult capere horribilem emittit rugitū-ad cuius sonitum omnia animalia stant territa: ⁊ stupefacta expectantes edictū sui regis cuz tremore nunc cursu suo circūit animalia: ⁊ non audent transgredi cursum illū-sic ⁊ nos qui per rugitum ꝓfunde pñie nos mūdauimus a nostris peccatis- nunc supest vt solicita circūspectione circūeamus bestias nostras -i- nostros bestiales motus statuentes eius terminum regularis disciplīne: quā nullatenꝰ audeamus transgredi-ne ꝓsentientes eis faciamus nostra nouissima priora priorib⁹ dicētes singulis affectib⁹ illud Job-xxxviij- Huc usqz venies ⁊ nō ꝓcedes vlterius ⁊ hic confringes tumētes fluctus tuos, statuētes eis talem terminū: vt solū sensum moueāt: ⁊ neq̄ua q̄z ꝓueniant ad ꝓsensum. Quia vt ait Gregorius. Nulla nobis nocebit aduersitas si nulla dñetur iniquitas. Item Aug⁹. Concupiscentijs nō consentire magna laus est: nō sentire ꝓfecto ē. Merito quidē dicit bernardus. Quid prodest mala nō agere nisi bonis opibus insudare? ¶ Quarto imitem leonem qui rpe cōmotionis dorsum cauda percutit. Quid ꝓ dorsum nisi labore cōmensuratum nostris viribz. Quid ꝓ caudam nisi finē vt prius dixim⁹ debem⁹ accipe. Dorsum q̄ cauda percutimus: si ꝓsiderates finē q̄ nō diu subsistimus-⁊ ex hac consideratōe cōmoti: dorso nostro inponimus quicq̄d de bonis opibus possumus opari-cogitātes q̄ cito tempus veniat in q̄ nihil amplius in ꝓpetuum possumus laborare. An nō sapiens Salomon eccles-ix-dorsum cauda ꝓcutere docuit cū dixit. Quodcunqz potest manus tua facere instanter operare-quia nec opus nec ratio: nec sapientia: nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. In quibus verbis predicta duo intelligi voluit. Nam in eo q̄ dicit-q̄dcunqz potest manus tua facere-de opere dorso imponendo monuit- in eo autē q̄ subiunxit: quia nec opus nec ratio ꝛc-de vite monuit breuitate-⁊ hoc per caudam id est per finis considerationem fieri voluit: quod etiam paulus nos facere docuit: cum ad Hebreos-xij-dixit. Per patientiam curramus proponi nobis certamen aspicientes in auctorem fidei ⁊ consolatorem iesum: qui propositō sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Et subiunxit. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum a peccatoribus contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Ac si dicat. Recogitate eum qui pro vobis laborare non cessauit: quousqz omnib⁹ completis dixit in cruce. Cōsummatum est-hoc est. Omnia que pro salute hominum facere debui sunt completa. Possum⁹ etiaz hanc sententiaz aliter accipere: vt per dorsum opera per caudam que in fine est: in vltimum finem cōtinuata accipiamus-quod insinuandum lex precepit: vt omnia animalia in sacrificiū oblata deberēt cū cauda imolari-at si ex negligentia aliquid surrepserit: vt non omni tempore dorso commensurata opera imponamus-nō iam cauda vel flabello-sed fortissimis disciplinis dorsum vsqz ad effusionē sanguinis flagellem⁹-iuxta illud eccl. Sermo pessimo latera sanguinare-quosdā

aggrediar qđ diuia fortitudo perficiet. sicut de quibusdā in matre nostra regula dicitur. mox vt aliquid a maiore precipit ac si diuinitus imperet morā pati nesciunt in faciendo. ⁊ sic imitatores isti⁹ principis erimus qui res corpns ⁊ animam in obedientia posuit propter deū. Hic inferenduz est si quid de eius vita vel passione volumus enarrare. ¶ Septimo obedientiā nostram diuine dilectiōis fortitudine roborem⁹: per quam toti ⁊ ex toto accensi ⁊ fortitudine roborati nostrā obedientiā ad formā ⁊ exēpluz obediēnie dñi disponemus. Deus autez suam obedientiā floze triplici adornauit. Obediuit enim patri liberaliter. totaliter. dulciter. Liberaliter quia in omni sua obedientia nihil vnq̄z ꝓpter se fecit nec qđ sibi foret vtile sed qđ nobis. Totaliter etiaz obediuit. qa omne qđ est ipse: ⁊ qđ habuit pro nobis patri in sua obediēria offerebat: nihil omnino ex omnibus sibi seruans. Dulciter obediuit vt in passione crudelissime mortis. nec contra patrem: nec cōtra toztores: nec cōtra eos pro quibus pertulit murmuraret. Sic etiā bonus obediens suam obedientiā deo exhibeat ad quadraturā ⁊ lineaz obedientie dei nostri. Sic eniz monet ⁊ hortat Jud. vij. Qđ me videtis facere omnes facite. exemplū enī vedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis. Ut ita facientes induam⁹ septimū Symonē. i. Onye filium: qui vis mea domin⁹ interpretatur. quia talis ⁊ tanta obedientia nō per vim nostram que nulla est: sed per vim domini adimpletur ⁊c.

XCV De eodem. sermo. ij.

Judas fortis virtibus a iuuentute sua sit nobis princeps: vt supꝛ. Dicit Augus. Cōfitemur siue deuz laudantes siue semetipsos accusantes: pia est vtraq̄z confessio. sive cum reprehendis te quia non es sine peccato: siue cum illum laudas qui nō potest habere peccatum. Que verba optime congruunt thxmati ꝓposito. Judas enim cōfitens siue laudator interpretat. In quibus verbis instruimur de duplici confessione facienda. Prima vtique fieri de nobis. secunda de deo. Prima est proprie cōfitentis propria mala. secūda laudantis dei beneficia. Debet autem vtraq̄z esse fortis. qđ docemur in eo q̄ Judas fortis virtibus dicitur a iuuētute sua. vt in eo qđ dicit Judas moneamur de confessiōe. in eo autem qđ fortis dicit monemur de confessiōis bone cōditione. vt sicut in priori sermōe Symon monuit de obediētia: consiliuz no⁹ monuit de appēdicijs: sic in isto sermone Judas monet de confessiōe. fortis virtibꝰ de bonarū conditionū insinuatiōe. Si enī confessio nuda fuerit nihil placet. Huius ergo verbi occasione duo dicemus per ordinem. Primo de confessiōe ꝓut signat peccatoruz accusatōem. secundo de ꝓfessione ꝓut signat dei laudatiōem. Primo eniz sunt mala nostra extirpanda. secūdo virtus dei laudāda. Primo cōfitendo peccata purgemus vt postea deum laudem⁹. quia vt dicit Eccli. xv. Non est speciosa laus in ore peccatoruz. Ut ergo cōfessio de peccatis nostris faciēda deo possit esse grata ⁊ accepta: adeo vt ꝑ eaz statim remissiōem peccator⁹ a dño consequamur: quiēz debet habere circūstantias ipam confessionem per omnia sanctificantes. Debet enim esse integra. volūtaria. discreta. excogitata. et amara. que quinq̄z intelligūtur in hac dictiōe iudea. ita videliz vt quelibet illarum literarū dictiōem integraz repzesentet. que si omnia cōueniunt nostrā confessionem sanctificant. sicut dicitur in ps. Facta est iudea sanctificatio eius. ac si dicatur. Judea. i. circumstantie per has literas designate est sanctificatio confessionis. i. sanctificat confessiōem. Primo ergo vt nostra confessio sanctificet. i. sanctos nos efficiat debz esse integra: vt oīa cōmissa sine exceptōe: sine diminutōe fideliter exponam⁹. Hoc facere monemur in ps. Effundite coꝝ illo coꝛda vra. Glo. effundite. i. totū extra fūdite. Treno. ij. Effunde sic aquā coꝛ tuū. Aug. Caueas ne vere cūdia duca⁹ diuidas ꝓfessiōez. Quare: Quia de⁹ sūme bon⁹ ⁊ sūme pfect⁹ non pōt opus facere impfectū. aut enī totū hoīez sanat: aut nihil. Ibi versus. Larga dei pietas veniā non dimidiabit. Aut nihil aut totuz propiciando dabit. Ex ratio huius est. quia

si omnia dimitteret vno retento: ex hoc solo adhuc esset auersus a deo. ⁊ hec prima cõditio signata est per primã literã i in hac dictione iudea. ¶ Secundo confessio nostra debet esse voluntaria: vt ex propria deuotione motus confiteat seipsum sincere ⁊ voluntarie accusans vt nõ sit sicut cõfessio achor qui coactus est qõd fecerat pfiteri. Unde ps. Ex voluntate mea confitebor ei. Hinc Eccl. xxvij. Confiteberis viuens viuus et sanus. Qui enim viuus ⁊ sanus cõfitetur. voluntarie vtiqz cõfitetur. Nihil enim est domino gratum qõd coactum dño exhibetur. ⁊ hec circumstãtia confessionis in litera v que est secundum in hac dictiõe iudea denotat. Tertio pfessio nostra debet esse discreta vt distincte ⁊ separatim peccata singula cõfiteãtur. De qua discretiõe dicit ps. Lauabo p singulas noctes lec. me. lachrymis. me. stra. meũ rigabo. ac si dicat. Rectuz cõscientie mee lauabo per singulas noctes. i. per singulas tenebras peccatorũ. Unde Treñ. iij. Diuisiones aquaruz deduxit oculus meus. Qõ exponẽs Gregorius dicit. Diuisas ex oculis lachrymas ducimus: quãdo peccatis singulis penitẽdo et cõfitendo dispartitas lachrymas deo damus. Et hec circumstãtia in litera d intelligit. que in tercio loco huius dictiõis iudea ordinez suum tenet. Quarto cõfessio nostra debet esse excogitata siue pmeditata. vt non quicqd in buccam venerit euomamus: sed cuz magna pmeditatiõe que cõfitenda sunt pconcipiãtur. Et hoc facere monemur Eccli. xxxij. cum dicitur. Precurre prior in domũ tuam ⁊ illic aduocare: ⁊ illic lude: ⁊ illic age conceptiones tuas. Qõ ⁊ fecit Ezechias cum dicebat. Recogitabo tibi oẽs ãnos meos in amaritudine anime mee. Hinc Hiere. viij. Auscultaui: nemo qõd bonuz est loquit. nullus est qui agat penitẽtiã super peccato suo: dicens quid feci. Item ysa. lvij. Non est qui recogitet in corde suo. Sz vt ait Bernardus. sunt qui quasi fabulam cõfitendo narrant peccatorũ suorum hystoriam ⁊ egritudines anime sue sine cõfusiõe enumerãt. Et hec circumstantia in quarta litera huius dictionis iudea scilicet e collocat. ℰ Quinto cõfessio nostra debet esse amara: vt tanqz reus districto dei iudicio se repsentet cõfessori suo tanqz deo super omnibus confusiõibus suis amarissime se accusans. qõ faciebat Job x. dicens. Loqr in amaritudine anime mee. dicam deo: noli me condemnare. Ezechiel. xxj. In amaritudine ingemiscẽs. Item Hiere. lv. Statue tibi speculam. pone tibi amaritudinem. dirige cor tuuz in viam directaz in qua ambulasti. Ad quam amaritudinez facilime puenimus: si damna que ex peccatis incurrimus: et maxime dei offensam iusto pondere estimamus. Si ergo has quinqz circumstãtias per quinqz literas huius dictionis iudea designatas in nostram cõfessionem assumim9: erit vtiqz iudea sanctificatio nostra. Induam9 ergo cõfessionem istaz cũ suis appendicijs: cõfitentes dño et dicẽtes illud. ij. Paral. xxxvij. Tu domine fm bonitatem tuam promisisti penitentiã remissiõis peccatorum. ⁊ tu domine iustorũ non posuisti penitentiam iustis Abrahã ysaac ⁊ Jacob: his qui tibi non peccauerũt: quoniã peccaui super numerum arene maris. multiplicate sunt iniquitates mee: statuens abominationes ⁊ multiplicãs offensiones. et nũc flecto genua cordis mei: precãs a te bonitatem tuam domine. Peccaui domine: peccaui. et iniquitates meas cognosco. Peto rogãs te domie remitte mihi: ne simul perdas me cũ iniquitatibus meis. Si sic cuz hac iudea ex pfundo cordis cõfitebimur domiõ: omniuz iniquitatũ nostrarum non recordabitur amplius? ⁊ erit ista iudea sanctificatio nostra. qz benignus ⁊ misericors est. et placabilis super malicia ⁊ misertus nostri: dicet nobis illud Hiere. xlv. Jam placatus sum super malo quod feci vobis. Et subiũgens illud. ij. Re. xxiij. Sufficit nunc: continue manum tuaz. scilicet a cõfessione peccatoruz. Item Ozee. xxvij. Sufficiat tibi lac caprarum. Quid p capras nisi peccata. quid per lac nisi cõfessio. que de peccatis tanqz lac de capris extrahitur. Acsi dicat. Sufficiat tibi confessio peccatorum. In quorum verboruz virtute infunditur nobis plena et perfecta remissio omnium peccatorum. quibus dimissis anima que ociosa esse non poterit sentiẽs conscientiaz serenatam statim conuertit se ad

confessionez laudis referens gratias largitori. sic enim iubemur in ps. Immola deo sacrificium laudis. Et illud. Sacrificiuz laudis honorificabit me. ℣ Secundo ergo dicendū est de secunda confessiōe: scilicet laudis. Hec autem cōfessio laudis diuersificatur ꝑm diuersitatem eorū pro quibus laudes domīo cōfitemur. Sunt autem quinqz genera laudis. Cōfitemur enim domīo laudes ex creaturarū speculatione. ex beneficiorum cōsideratione. ex eorū que pro nobis in semetipo fecit deus estimatiōe. nostre glorificationis meditatiōe. et ex dei ām̄iratione. Primo dico laudes cōfitemur ex creaturarum speculatōe. cum deuota mente speculamur creaturas istas corporales magnitudinem: pulchritudinez: multitudinē earū admirantes: necesse est ex earū intuitu earū artificem collaudare. sicut cum videmus mirabilem imaginez bene ornatam ⁊ decenter parataz laudamus artificem qui hanc fecerat: iuxta illud Eccli. ix. In manu artificum opera laudant. Quorū speculatiōem docet Bernardꝰ. dicens. Tria in magno opere huiusmodi cōsiderare debemus. videlicz quid sit. quomō sit. ad quid sit constitutuz. Et in esse quidē rerum ineffabilis potētia cōmendatur q̄ tam magna: taz multa: tam multipliciter: tam pulchra: tā magnifice sunt creata. In medio autē sapientia singularis relucet q̄ hec sursum: illa ꝯo deorsuz: alia autem in medio ordinatissime sunt locata. Si ꝯo ad quid factus sit mediteris: occurrit tā vtilis benignitas: tam benigna vtilitas: que etiam ingratissimos quosqz potest obruere. potētissime ergo ex nihilo omnia: sapientissime pulchra: benignissime vtilia sunt creata. Quis ergo hec considerās se potest a cōfessione laudis cōtinere: laudantes dominū ⁊ dicentes. Bene omnia fecit. Secūdo laudes dño cōfitem̄ dño ex beneficiorum cōsideratione. Cum enim cōsideramus quāta nos misericordia ꝓuenerit. q̄ benigne expectauerit. q̄ dulciter mala nostra indulserit. q̄ crebris visitatiōibus ꝓmouerit. quātas ingratitudines dissimulauerit. quātas occasiones bene agendi ministrauerit. quis sei horuz cōsiderationē continere valeat a confessiōe laudis ⁊ gratiarū actōe. Nempe vt ait Bernū. Qui existorū intuitu non mouet ⁊ non excitatur: non modo dormit sed mortuꝰ est. Idē Bernū. Felix anima que beneficia dei sibi collugere ⁊ ante mentis oculos digna cum gratiarū actione reducere curat. nō dubiū quin excitet ad laudandū beneficiorū cōsideratio. Et iterum. Sic onerat me beneficijs ⁊ miserationibꝰ suis deus obruit: vt aliq̄d onus sentire non possim nisi dona sua. De hac cōfessione dicitur in ps. Confitebit tibi cum bene feceris ei. ac si dicatur. Cū quis beneficia intuetur: facile est laudare eum qui contulit illa. Tercio cōfitemur laudes deo ex eorū que in se exhibuit nobis estimatōne. Cum enim eius beneficia altius intuentes: estimamus quid quāta ⁊ qualia in se ⁊ ꝓ se exhibuit nobis deus: merito non capimus nos preletia. considerātes tam inestimabilem: ineffabilem cumulum gratiarum. Deus enim dedit seipsum nobis tripliciter. in incarnatione ad redemptiōem. in cibo ad redemptoris confortatiōem. in spiritu sancto ad sanctificationem. ex quorum estimatiōe affectus hominuz ita dilatatur: magnificat: ⁊ inflammatur: vt in deuotione laudis ꝓrumpat homo in affectum inexplicabilē: dicens deo illud. ij. Reg. vij. Magnificet nomen tuum deus vsqz in sempiternuz. Quia sicut Sapien. ix. dicit. Magnificasti populū tuuz et honorasti. Et sic insaniens homo in affectu cōuertit se ad omnez hominem: dicēs. Magnificate dominū mecum: ⁊ exaltemus nomen ei⁹ in idipm. ac si dicat. Sic ipse se parvum ⁊ humilez propter nos fecit: sic nos ex hoc ipo faciamus eum magnū. vt quāto minorem se pro nobis fecit: tanto maiorē ipm in affectu nostro faciam⁹. Unde Bernardꝰ. Quanto pro me paruuz se fecit: tanto mihi maior est. ⁊ quāto pro me vilior: tanto mihi charior. De hac cōfessione dicit in ps. Cōfitebor tibi in seculum quia fecisti. Et illud. Cōfitemini dño q̄m bon⁹. Nisi em abyssus infinite bonitatis sue fidelissimū cor suū coegisset: nunqz se totū ⁊ taliter ⁊ totiēs exinanisset. ℣ Quarto cōfitemur laudes domīo ex glorificatiōis nostre meditatione. Suspensi enim per meditatiōem illuminatā

eternã glorificationẽ quõ ptiapes erim⁹ diui
ne nature ⁊ q̃liter ĩmergimur in abyssũ glo
rie dei: qui cuꝫ sit eternus in eternũ erimus
glorioſi. hec ⁊ ſimilia ſi adiuti per gratiã me
ditabimur: merito deũ ex ꝓfundo corde lau
dabimus: ⁊ laudando cõfitemur ei laudes:
dicẽtes. Cõfitebor tibi dñe deus me⁹ ĩ toto
corde meo. Quare? quia glorificabo nomẽ
tuum in eternum. ac ſi dicat. Propter hoc ti
bi laudes cõfitemur q̃ ad hoc nos creaſti vt
in familiã tuam deputati: te debeamus lau
dare in eternum. Nos enim ſumus illi de
quibus dicit dominꝰ per yſa. xliij. Populũ
iſtum quem mihi formaui laudem meã nar
rabit. De hac gl̃ia nr̃a dic̃ bn̄. Ibi cumu
lus felicitatis. ibi ſupeminens gloria. ibi ſu
pereffluẽs beatitudo. Quinto ꝓficiamur do
mino laudes ex ipſius dei cõtemplatiõe. Et
quia ad deum ſue eſſentie in hac vita nemo
ꝓficiendo ꝓficit: dicente dño ad Moy
ſen. Non videbit me homo ⁊ viuet. ideo ei⁹
bonitatem. pietatem. benignitatẽ. charitatẽ.
humilitatem. ſublimitatem ãmiremur. ⁊ am
mirando cõtemplemur quousq̃ in deum ſu
ſpenſi ad maieſtatem ſtupeam⁹. ad charita
tem ferueamus. ad eternitatem ſuſtineam⁹.
ad abyſſum iudiciorũ paueamus. ⁊ reuerſi
ad noſmetipos in ebrietate ſpiritꝰ dicamus
Confitebor tibi quia mirabiliter magnifica
tus es. Et iterum. Laudate eum ſm̃ multi
tudinem magnitudinis eius. Quia ſingu
lorum iam dictorũ magnitudines ſunt infi
nite. Et quia eadẽ omnia in ſingulari nume
ro ponũtur: ex hoc innuit q̃ vnuꝫ omnia ſunt
in deo. qđ ex hoc innuit quia magnitudo po
nitur in ſingulari. Laudem⁹ ergo deum ſm̃
magnitudinem charitatis: bonitatis: pieta
tis. que in deo ſunt omnia infinita. Vñ Gre
go. predictũ verbum expoſuit: dicẽs. Ille de
um ſm̃ multitudinem magnitudinis maxi
me laudat: qui ſe ſuccũbere in ei⁹ laudis ex
pletione cõſiderat. De hac confeſſione dicit
Bernardꝰ. Prima ⁊ maxima contemplatio
eſt admiratio maieſtatis. et hoc requirit cor
purgatum: vt a vicijs liberum atq̃ exornã
tum peccatis facile ad ſuperna leuet. interdũ
q̃ p aliquas mozulas ſtupore ⁊ extaſi ſuſpẽ
ſum teneat admirantem. Prima confeſſio
vocatur laudatio. ſecunda gratiarũactio. ter
cia magnificatio. quarta admiratio. quinta
ſupexaltatio ſiue ſupgloxificatio. De quibꝰ
vltimis duobus dicitur Danielis. iij. Bene
dictus es in templo ſancto glorie tue: et ſu
perlaudabilis ⁊ ſupgloxioſus ĩ ſecula. Hic
autem maxime hec ſupexaltatio in cordibus
noſtris generatur: quãdo ipſa deuotio intã
tum proficit vt vires noſtras ⁊ poſſe noſtrũ
violenti quodam affectu trãſgrediatur. non
manens infra terminos ſuos: ſed plus lau
dare volumus q̃ poſſumus diſcurrentes et
verba querentes per que affectum noſtrum
iam dilatatuꝫ ⁊ magnificatum valeam⁹ ex
primere. ⁊ cuꝫ non valeamus verba equiua
lentia affectui inuenire deficimus in loquẽ
do. Et hoc eſt qđ dicitur Eccli. xliij. Glori
ficantes dominũ quãtumcũq̃ poteritis ſu
perexaltabit adhuc ⁊ ãmirabilis magnificen
tia eius benedicentes dominũ. exaltate illuꝫ
quãtum poteſtis. maior eſt enim omni lau
de. Et ſubiungit. Ne laboxetis non enim cõ
prehendetis. Quis videbit eum et enarra
bit: ⁊ quis magnificabit euꝫ ſicut eſt ab ini
tio? Multa abſcõdita ſunt maiora his pau
ca vidimus. hoc ergo deus ꝓ maxima lau
de accipit cũ diſcurrẽtibus nobis nulla ver
ba inuenimus qui affectũ noſtrum exprime
re valeãt deficimus obmutescendo. In hoc
affectu fuit ſponſa in Cantic̃. cum dicebat.
Dilectꝰ meus mihi ⁊ ego illi. In quo trun
cato ſermone multuꝫ dicere voluit ⁊ minus
dixit. De hac laudis confeſſione dicit Gre
go. Diuine laudis facta tunc verius exple
mus: cum hoc nos explere non poſſe cogno
ſcimus. tunc facundius laudes eius loq̃ni
mur: cuꝫ ab his obſtupeſcẽdo obmutescim⁹
Quam laudem nos doceat ſapiẽtia patris
Jeſus chriſtus.

XCVI De omnibus ſanctis.

Memores eſtote
quõ ſalui facti ſũt pres noſtri. j.
Mach. iiij. Dicit Auguſ. Si
cut deus in celeſti gloria electis ſuis ⁊ dile
ctis prebet et exhibet ſe ſpeculum eternaliter
perfruendi: ſic in vita ſanctorũ quos ꝓmiſit

dat nobis speculuz pueniendi. ¶ In ꝛbis ergo ꝓpositis tria possum⁹ intelligere. scilicet spiritussancti exhortatõem. exhortationis informationẽ. nostre fiducie erectionẽ. ¶Primũ ibi Memores estote. in quo ad memoriã habendã de sanctis exhortamur. Secundũ ibi: quorũ salui sunt. in quo ꝓ exempla sanctoꝝ informamur. Tertiũ ibi: patres nostri. in quo et nos de sanctitate fiduciam. Cum enim dicat ꝙ patres nostri de quoruz carne et sanguine ꝓcreati sumus saluti facti sunt fiducia nostra erigit. vt et nos sperem⁹ nos posse saluari. Sciendũ ergo ꝙ omniuz sanctoꝝ sub vna celebratõe veneranda solẽnitas nobis ꝓponitur propter duo. scz ꝓpter electionem ⁊ imitationez. ¶Primo dico sanctorũ memoria nobis ꝓponitur ꝓpter electionem. vt videlicz deuote rimantes ⁊ diligẽter inquirẽtes singulorꝝ vias: ⁊ vitas eligamus ex omnibꝫ quẽ vel quos valeam⁹ facilius imitari: cuius vel quoꝝ vie ⁊ vite sumus magis dispositi. Dicit enim Grego. ꝙ licz omnes sancti ad vnũ finem scz beatitud inẽ tenderint: diuersis tamẽ vijs ⁊ exercitijs eãdem sunt beatitudinẽ cõsecuti. Hã vt idem dicit. ¶Patriarche per viam fidei. ꝓphete ꝛo per viam spei. apostoli charitatis. martyres cõstantie. cõfessores sobrietatis. virgines ꝑ castitatis viam ad celorũ regna principaliter puenerũt. ¶Principaliter aũt dico. quia licet omnes hꝫ virtutes omnes sancti habuerunt: sic tamen generaliter sunt oĩm: vt singule sint ꝓpie singulorꝝ. Nos ergo cupiẽtes eos sequi ad gloriã hꝫ sancta exemplaria deuote intuẽtes diligenter cõsideremꝰ cui virtute vie ⁊ vite nos possim⁹ facilius adaptare. ⁊ cui ex omnibꝫ nos habiliores inueneri mus: eandẽ ꝓ ceteris imitemur. Si enim oĩes homĩes ad omniũ virtutũ ⁊ gratiaꝝ exercitia eq̃liter se haberent: deus qui mediator est omniũ spirituũ non prohiberet aliquos ab aliquibus exercitijs ad que exercenda alios exhortat. Vnde cũ in vna ꝓ scriptura dicat. vacate ⁊ videte quoniã ego suz deus. Si hoc ad omnes diceret: non in alio loco diceret in ¶Deuer. xxo. Qui scrutator est maiestatis opprimet a gloria. Item Eccl. iij. Maiora te ne quesieris. In quibus euidenter innuit ꝙ simplicioribus simpliciora et subtilioribus subtiliora: debilioribus remissiora siue faciliora: fortioribꝰ fortiora ꝑ qualitatẽ singulorũ sunt ꝓponenda ⁊ ꝓposita imitanda. Qz autẽ singuli ꝓportionata sibi debeant ꝓportionabiliter coaptari: docẽs Eccl. iij. Fortiora te ne scrutatus fueris: sed que ꝑcepit tibi deus illa cogita semp. Non enim necessariũ est tibi ea que abscõdita sunt videre oculis tuis. Qñ eu idẽter nobis salutator innuit: qui verba ⁊ exẽpla populo ministrans: nũc ad cãpestria: nunc ꝛo ad montium cacumĩa ascẽdit. vt ꝓ diuersitate hominũ diuersitatẽ gratie in predicãdo populo ministraret. Qz uã diuersitatẽ apostol⁹ etiam innuit ¶Hebre. v. cuz quibusdã infirmis dicit. Facti estis quibus lacte opus sit nõ solido cibo. Et subiũgit. ¶Perfectorũ autez est solidus cibus. Hinc Grego. in cura pastorali dicit. Non vna eademqꝫ exhortatio omnibus cõgruit. quia nec cunctos par morꝝ qualitas astringit. Sepe namqꝫ alijs officiũt que alijs ꝓsunt. quia ⁊ plerꝫqꝫ herbe que hec animalia nutriũt alia occidũt. ⁊ medicamẽtum qñ alteri vires minuit: alteri vires iungit. ⁊ panis qui vitas fortium roborat: puuulos necat. Hec ergo diuersitas que seruare consulit in diuersitate morꝝ: seruetur etiaz in exemplis sanctorꝝ. vt parui parua: maiores maiora: maximi maxima exemplaria mentis sue oculis anteponãt. Hec ergo est prima causa propter quã omnes sancti sub vna veneratiõe nobis ad memoriaz reuocãtur: vt ex omnibꝫ eorum statibus eligamus cui exemplari nos possimus cõpetentius coaptari. ¶Secundo omniũ sanctorũ veneranda solẽnitas nobis ꝓponitur ad eorum imitatiõem. vt quem ex oĩbus elegerimus in ipo electo discamus quibus eum passibus ⁊ exercitijs sequi debeamus: vt eis ꝓnumerati ⁊ nos sancti fieri valeam⁹. quia et nos ad hoc vocati sum⁹ vt sanctificemur. dicẽte apostolo. j. ad Thes. iiij. Non enim deus nos vocauit in immundiciaz: sed in sanctificationẽ. Quo aũt sanctificari debeam⁹: docemur in hoc nomie qđ est sanctuz: qđ quinqꝫ signat per que omnia trãsire nos oportet si ad magnam sanctitatis viam cupimus

puenire: q̄ sunt ista. initiū. mundū. firmuz. sanguineū. ⁊ igneum. Quoz primuz ponit apostol⁹ tria sequentia. Hyonis. de diuinis nominibus. quintū ponit ysaias: vt patebit in sequētibus. Per primaz sanctificatiōem sancti sunt homines bone volūtatis: soluz ad hoc habentes ꝓposituz cōuertendi. per secū/dam significationem scilicet munduz sancte sunt virgines. per terciaz scilicet firmū con/fessores. per quartaz scilicet sanguineū mar/tyres. per quintā scilicet igneū apostoli. que licet omnia sint omniū: sunt tamen singula singulorū cum quadā excellentia. Ideo⁹ ta/men sanctificamur si de die in diem per gra tiam dei ꝓmoti virtutem omniū istoruz in vnius hominis vita perficim⁹ ⁊ implemus. vt per primaz sanctificationē bonam vitam inchoemus. per secundam inchoatā munde mus. per terciā mundatā bonis operibus ex/ercitemus. per quartam tanq̄ inutiles ser/ui tribulatiōes portemus. per quintā vitam nostrā in charitate cōsūmam⁹. Per primā ergo sanctificationē cōsequamur per boni ꝓpositi inchoationē. secundā per penitentiā ⁊ contri tionem. terciā per bonoruz operum exercitati onem. quartā per tribulationez. quintaz per dilectionē. Cupientes ergo sanctificari pri/mo ingrediamur boni ꝓpositi inchoatōnem in animo nostro firmiter statuentes. vt reli ctis vicijs ⁊ peccatis velimus domīo de cete ro cum omni diligētia adherere. Dō cuz ve raciter animū hominis possederit: statim ex hoc initio sumus sancti. Ideo apostol⁹ Ro/vij. Scimus quoniaz diligētibus deuz. rē. vsq̄: his qui ſm ꝓpositum vocati sunt san/cti. Dō exponēs Bern. dicit. In verbo apo stoli non te terreat nomē sanctitatis: quoni/am non ſm meritū: sed ſm ꝓpositū. non ſm affectionem: sed ſm intentionē sanctos vo/cat. illam enim quam putas sanctitatem nec Paulus incorruptibilis manēs adhuc cor pore arbitrabatur se comprehendisse.

Sed diceres. quid est ergo ſm ꝓpositum esse sanctū. Audi tu: si ꝓposueris in corde tuo de clinare a malo ⁊ facere qd̄ bonum est. tenere qd̄ cepisti ⁊ proficere semper in melius: et si quid aliquādo minus recte feceris vt est hu mana fragilitas: nō in eo pſistere sed emen/dare pro viribus: eris sine dubio sanctus et tu. Sed tibi adhuc clamare sit necesse. custo di animā meam quoniā sanctus sum. Et ta libus sanctis ſm ꝓpositum vt ait apostolus: omnia cooperātur in bonum. an non peccatū qd̄ humiliat: qd̄ timoratū facit: qd̄ tantū co operatur in bonum? Si ergo hoc nomen san ctitatis veraciter cordibus nostris insederit non differamus ꝓpositum: sed sine mora con uertamur in opera. ⁊ sic ſm nomen aggredi/mur sanctitatis. Secundo notandum q ſm nomen sanctitatis aggredimur si bonū pro/positum applicamus ad opa exhaurientes et mundātes cōscientiā a cōmissis. qd̄ cum fa/cimus ſm nomē. put mundū signat sanctum induim⁹. vt non solū sancti simus ſm pro/positū. ſ ſm q̄ sanctū mūdiciaz signat sum⁹ sancti. Ad verā aūt ⁊ pfectam mū/diciam in nobis faciendā septez exercitia re/quiruntur. Oportet enim in vera penitētia con/currere cordis cōpunctionē. oris cōfessionē. operis satisfactōem. volūtatis suspensionē. ablatoz restitutiōem. offensarū remissionē. omniū istoz cōtinuationē. quia si de omni/bus his vnū defuerit: penitētia non est vera. Sane hoc dixerim si tps opportunitas hoc admittit. si vo tempus nō aderit prima par ticula sufficit ad salutem. Cū plerīq̄ omis sis multis his pticulis bñ se penituisse esti/mant: quoz tamē penitētia min⁹ habet. nec per eaz quātū sufficit sūt mūdati. De quibo dicit Prouer. xxx. Hec est generatio que si/bi mūda videt nec tamē lota est a sordibus suis. Qa autē hec septem plenā in nobis mū diciam pficiant: dicit Leuitici. xiiij. Aspergat qui mundādus est septies. Dō etiā figura tum legim⁹. iiij. Reg. v. vbi Helizeus dixit ad Naaman leprosum. Vade ⁊ lauare septi/es in iordane ⁊ recipiet sanitatē caro tua az mundaberis. qd̄ spūaliter mūdandis dicit. De his septē adhuc dicit Eccl. Da septem ptes. Qa aūt p mūdiciā ad sanctitatē pueni/amus: ostēdit a plus. ij. Corin. vij. cū dicit. Mūdem⁹ nos ab oīi inquinamēto carnis ⁊ spiritus perficientes sanctificatōez in timo/re dei. Tercio sanctū idem est qd̄ firmū. qd̄ ad sanctitatē in nobis pficiēdā necessario se/quitur ad predicta. quia posiq̄ per primam

sanctitatem facti sumus sancti. bonū iniūcīā
do. per secundā sanctiones facti sumus a pec
catis nos mūdādo. per terciū scz firmuz nos
amplius sanctificem? malo resistēdo: ne ite
rum illa batur. ¶ Hec autem firmi
tas tripliciter exercet. scilicz in malorum re
sistentia. bonorū efficientia. aduersorum to
lerantia. Qui enī malo resistit viriliter: bo
na operat fideliter: tribulatiōes sustinet hu
militer. fortissimus est et firmissimus coraz
deo. ¶Primo ergo si sancti fieri cupim? cum
predicto: scz initio z mundo: simus etiā fir
mi. vt quotiēs vicia siue carnalia siue spiri
tualia impugnauerīt eis viriliter resistam?
nullū admittū pbēres: & reluctādo singulis nō
verbo z lingua: sed opere et veritate dicam?
illud Eccli. xxviij. Qui baptizat a mortuo
z iterum tangit mortuū quid pdest lotio il
lius? Et illud Cantic. j. Laui pedes meos
quomō iterū inquinabo eos? Q si dixerit il
lud Jacob. Quomō poterimus tam mul
tis z tam fortibz resistere tam pauci? Quia
vt dicit Bernī. Nihil in homine purū pote
rit inueniri ab intus manat de corde exit pe
stiferū vir? ac deinceps corpus occupat vni
uersum. z inimici nostri mille nocendi arti
bus corda hominū temptare nō cessant. Et
respondet Bernī. Q licet undicz viciorz in
citamentis peressuamus. verūtamen in no
bis est si vinci volumus z nemo nostrum in
hoc certamīe deficiet inuict?. qō in principio
omnis scripture: scz Geñ. iij. innuit. vbi di
citur. Sub te erit appetitus tuus: z tu dña
beris illius. ¶Poterit quidem inimicus exci
tare tempratōis motum: sed in te est si vo
luerīs pate cōsensuz. Secūdo firmi sim? bo
na agendo fideliter. ad qō faciendū hoc so
lum nos monet z excitat qz temp? nobis in
dultū transeat. opera autē siue bona siue ma
la que facimus pmanent in eternū. Et ideo
monet Eccli. ix. Quōcūqz potest man? tua
facere instāter opare. qz nec opus. nec ratio.
nec sapiētia. nec scientia erūt apud inferos
quo tu pperas. Ac si dicat illud Joban. ix.
Venit noz in qua nemo pōt opari. Cur au
tem monemur tam sollicite opari: innuitur
¶ Deo verbi. xiij. quia in omni ope bono erit
abūdantia. Cui cōsonat illud Sapiēti. iij.
Honorz laborz gloriosus est fructus. Di au
tem fructus cōsistunt in peccatorz satisfacti
one. gratie augmētatiōe. bom assuefactione.
virtutū plantatiōe. meriti z premij cumula
tione. debiti solutiōe. dei placatione. z adhuc
multa alia que omnia in nobis in vno bono
ope pmouent. Tercio firmi simus pa tiēdo
mala humiliter. reputātes cū Judith in pec
catis nostris hecīa minora esse supplicia fla
gella dñi: quasi serui qui corripim ur ad
emendationē non ad perditiōem misericor
diam obuenisse credamus. ad quā sufferen
tiam multū nos excitare deberet verbū apo
stoli. ij. Corint. Id qō momentaneū est z le
ne tribulatōis nostre: supra modū in subli
mitatem eterne glorie pondus operat in no
bis. Hoc autem membz breuiter transim?
qz in sequēti membro de tribulatōe sufferen
da diffusius differem?. ¶ Quarto san
ctum est id qō sanguineū signās tribulatio
nes per quas iterum possum? amplius san
ctificari. et est cōueniens similitudo. qz sicut
sanguineū est color sanguine? z nō sanguis
sic tribulatio licet sanguinem non effundat
pro martyrio tamē effundēte sanguinez cō
putatur. Hinc per ysa. xxxviij. dicit. In pa
ce amaritudo mea amarissima. Ac si dicat.
Tempus pacis quo psecutoris gladius nō
seuit per tribulationū amaritudinē amaris
simū est electis. Hinc i. Reg. ij. dicit. Ef
fudit sanguinē belli in pace. Qō de quolibet
electo poterit vere dici. qō adhuc euidēcius
insinuat Bernī. dicēs. Clere martyrij gen?
z effusio quedā sanguinis est in quotidiana
corpis afflictōe. illo nimirū quo cedunt mē
bra ferro horrore quidez mitius: sed diutur
nitate molestius. Sic quippe infirmis z pu
sillis corde plus puidit dñs. vt quem semel
pro christo sanguinē effundere nō sufficiāt:
saltim minozi & diuturniozi martyrio fun
dant. Clerū quia tribulatōes ex multis cau
sis multipliciter variātur. z ex hoc sufferen
tiaz merita vel augmentātur sm plus z mi
nus: vel etiam attenuant. ideo de hac varie
tate aliquid qō prius non diximus differat
z causas tribulationū per quas singule res
verissime cognoscūtur videamus. ¶
In quib sicut in ceteris rebus q̄uor cause

scilicet efficiens materialis formalis finalis poterunt inueniri ꝛ ſm has cās tribulatões plus ꝛ minus conferunt tribulatis. Si g tribulationes conſideramus ſm cās efficiẽtes. tunc magna conquirimus merita ſi ab his qui nos odiunt inferuntur. maiora ſi ab his qui amici credebantur. maxima ſi a deo infligantur quia cum pena quam a deo ſuſtinemus etiam timor de dei offenſa nos cruciat vehementer. De primo di. Ber. inimicorum vulnera quia iuimici ſciuntur minus offendunt vulneratos ꝛ iacula que preſciũtur minus ledunt. De ſecundo tangẽs de maioribus tribulationibus di. dñs diſcipulis luc. xxi. Trademini a parentibus ꝛ fratribus ꝛ cognatis ꝛ amicis. ꝛ ex vobis morte afficient. quod exponens gre. di. Minora mala ingerunt que ab extraneis ingeruntur. pl? vero in nobis illa tormenta ſeuiunt que ab his patimur. de quorum mentibus preſumebamus. quia cum dãno corporis mala nos cruciant amiſſe caritatis. De ambobus vero dicit dñs per ps. Si inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtiq; ꝛ hoc de primo. ꝛ ſequitur Tu vero homo vnanimis ꝛ hoc de ſecundo. de tercio aũt dicit. i. Re. ij. Si vir peccauerit in virum placari pot ei deus. Si aũt in dominum peccauerit quis orabit pro eo. ꝛ idcirco tribulatio a deo inflicta quia dei offenſam inſinuat maxime nos affligit. Si vero tribulatio conſideret ſecundum cãm materialem vt eſt in ſubiecto tunc magna eſt que in rebus. maior que in corpore. maxima que in ſpiritu ſuſtinet. Si vero tribulationes conſiderentur ſcdm cauſam formalem. tunc magne ſunt que patientur maiores que libenter maxime q̃ gaudenter propter dominum ſufferuntur ꝛ ſecũdum hoc ipſa merita etiam diſtinguuntur Si vero tribulationes conſiderentur ſecũdum cauſam finalem tunc magne ſunt que pro peccatorum ſatiſfactione. maiores que p̃ premiorũ cumulatione maxime que in recompenſationem paſſionis domini ſufferãtur. Pro ſatiſfactione enim tribulationem ſufferimus quando omnia que patimur in ſatiſfactionez peccatorum que cõmiſimus ordinamus cupientes magis hic temporaliter affligi quã grauius in futuro. maxime cum ſciamus q̃ quantum in delicijs fuim? tantum a nobis exigitur de tormentis ꝛ p̃ menſura peccati erit etiam modus plagarũ Pro premiorum vero cumulatione tribulationem ſufferimus hoc conſiderantes q̃ per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. ꝛ illud apoſtoli. Id q̃ momentaneum eſt ꝛ leue ꝛc. Tercio vero in recompenſaz ſufferimus tribulatões cum cõſiderantes cumulum paſſionis deo in recõpenſationem cupimus ſimilia retinere. ne improperetur nobis illud. i. Re. xxij. Non eſt qui vicem meam doleat. Quinto ſcdm idem eſt quod igneum ſignans caritatem p̃ quam efficaciſſime ſanctificamur teſtante Eſa. v. vbi dicitur. Erit ſanctus eius in flãma. Ac ſi dicat. Qui ſanctificari debet deo hoc fieri oportet in flamma caritatis. Omnia enim prius habita nõ ſanctificarent hominem ſi caritas non adeſſet. de qua quia multa dicta ſunt. vt euitetur prolixitas ſufficiat hoc dixiſſe XCVII

De eiſdem ſermo ſecundus

Congregate illi ſanctos eius ps. Deus ſalutez noſtram deſiderans in huius v̄bi exhortatione hoc a nobis exigit ꝛ requirit vt ſanctis omnibus quorum hodie feſtiuitas agitur nos per vitam ſanctam connumerare ꝛ congregare ſtudeamus ꝛ hoc maxime placet deo ꝛ in nobis deſiderat ad implerī di. enim Ber. Currite fratres quia non ſolum ſancti ꝛ angeli ſed ipſorum creator dominus cum omni celeſtis curie frequẽtia nos deſiderat ꝛ expectat. Nam ſi oẽs ſanctos ſub vna letania congregarem? ꝛ nos per vitam reprobam diſiungeremus talis congregatio domino nõ placeret Nos ergo ſanctos eius conuenienter congregabimus ſi ſancti erimus ſicut ipſi. Sunt autem ſex que in veteri teſtamento nobis preoſtenſa ſunt per que quelibet res diuino cultui adaptande ſanctificabantur. ſcilicet per aque expiationem. vngenti compoſitionem. olei vnctionem. ſanguinis aſperſionem. ignis concremationem. verborum

prolationem. per ista fer res antiquitus sanctificabantur ⁊ signant talia per que ⁊ nos possumus sanctificari. ¶Primum ergo ꝙ qđ facta est sanctificatio. est aqua expiatōnis ꝓpter quod numeri. xxi. dicitur aqua expiationis sanctificat ⁊ iterum ibidē. Qui aqua expiationis non est aspersus immundus est ¶Per hanc aquam profunda pnīa cuius veritatem attestantur lacrime designatur que lacrime tunc veraciter nos sanctificant. cum ex intima cōpunctione cordis vbertim eas fundimus coram deo. Cum enim per singulos fletus singula peccata obluimus. Deꝰ placatus ad animam sic mundatam reuertitur per cuius pnīciam sumus sancti. De his lacrimis duo dicantur scilicet de earum diuersitate ⁊ vtilitate. ¶Diuersitatem aūt tangit iere. Tre. iij. ¶Diuisiones aquarum deduxerunt oculi mei. quod exponens Greg. di. ¶Diuersas quippe aquas ex oculis deduci? qñ singulis peccatis dispertitas lacrimas damus vel qñ singulis dāmis que ex peccatis incurrimus fletus singulos imprimimus. Ex peccatis nanqꝫ anima nostra moritur. bona nostra perdimus. regnum celorum amittimus. deum offendimus. ⁊ ideo ꝓ singulis bis malis exhortamur lacrimas fundere in scriptura. ¶Nam de morte anime plorando dicitur Je. vi. Luctuz vnigeniti fac tibi plāctum amarum. quia anima ex peccatis mortua que plus est nobis cōꝫ vnigenitus ex lacrimis reuiuiscit. Item bona perdita restituit lacrima. ⁊ ideo monemur Eccleſi. vij. flere cum dr. Quasi vira passus incipe plorare. Itē regnum celoꝝ lacrime restituunt ⁊ ideo dr nobis Esa. xxv. ¶Plorans nequaqꝫ plorabis quod reuera intelligi ōꝝ de regni celoꝝ restitutione in quod cum introducīm nequaqꝫ plorabimus qꝛ sicut in apo. dr. xxi. Absterget deus omnē lacrimam ꝛc. Item ex peccato deum offendim? quē per lacrimas sui gratia placare possumus ⁊ quia eius offensa maximum malum est quod incurrim? et inter omnia damna grauissimum ideo ad hoc malum recuperandū maxime plorare iubemur. Tre. ij. cuz dr. Deduc quasi torrentem lacrimas per diem ⁊ noctez. nec detur requiem tibi nec taceat pupilla oculi tui. qz vt ibidē dicit. magna est velut mare ꝓtritō tua. imo sup celum ⁊ terram mare ⁊ omnia que in eis sunt. ⁊ hec ē contritio magna valde vbi deum offensum perdimus qui tñ ꝓ lacrimas nostras inebriatus facilime vincitur ⁊ omnem offensam remittens placat? reuertitur. hinc est ꝙ quibusdam plorantibus improperat Esa. xlix. cum di. Adipe vicrimarum tuaꝝ non inebriasti me. adipez vicrimarum vocans ipsas lacrimas que deuz cogunt ⁊ vincunt ad omnem offensam ⁊ iniuriam remittendam. ⁊ hoc est quod ait augu. O fortis lacrima vincis inuincibilem ligas omnipotentem. Omnia enim alia affectum habent supplicantis sola vero lacrima virtutem cogentis. Secundo di. est de lacrimarum vtilitate. ¶ Sunt aūt tres effectus lacrimarum vt de multis pauca sumamus. ¶Primo enim impetrant remissionem peccatorum. secundo oīm petitionum exauditionem. tercio merentur consolatōz de primo dicitur. ier. xxxi. In fletu venient et in mia reducam eos glosa. in fletu venient ꝓ peccatis supplicando ⁊ in mia reducam eos eadem peccata misericorditer ignoscendo ⁊ hoc est quod ait Judith. xvi. Indulgentiā eius profusis lacrimis postulemus Secūdo effectus lacrimarum oīm petitionum ex auditio est. tante enim sunt virtutis ⁊ efficacie vt deus se continere non valeat sed oīa saluti necessaria que in lacrimis ⁊ per lacrimas postulantur concedit. hinc Tho. vij. Non dubito quin deus preces ⁊ lacrimas meas in conspectu suo admiserit. Itē. iij. Re. xxiij. ¶Pro eo ꝙ perteritū est coz tuuz ⁊ fleuisti coram me ego exaudiui te ⁊ ꝑs. Exaudiuit dñs vocem fletus mei. Tercio lacrime merentur consolationem. hinc Tho. iij. dicitur ¶Post lamentationem ⁊ fletum gaudium ⁊ exultationem infundis. Item Mat. v. Beati qui lugent qñ ipsi consolabuntur. Secundo res sanctificabantur per vngentum Sic eñ dicitur Exo. xl. Facies scīm vngentum compositum sanctificabisqꝫ omnia ⁊ erunt sancta. per hoc vngentuz noua deuotio que post lacrimarum contritionem infunditur designatur. qđ sic cōtingit. Cum enim deus per lacrimas victus pecca

ta dimittit statim spiritus sanctus conuertit spiritum nostrum ad aliud genus deuotõis in qua superesperat se veniam peccatorum cõsecuturum ⁊ hoc est signum remissionis peccatorum. cuius remissionis tale accipimus argumentum. quia nequaq̃ vt nudius tercius peccata possumus deplorare. et q̃ gra dei ociosa esse non poterit conuertit deuotionem hominis in gratiaꝝ actionem vt p̃ bis ⁊ alijs beneficijs gratias agat deo di. ex maxima admiratione illud Re. vij. Quis ego sum dñe aut que domus patris mei. vt prestares mihi talia. ⁊ hec deuotio gratiaꝝ actionis vngentum dicitur hic intentum. De quo dicitur Cant. in odore vngentorum tuorum curremus ⁊ iterum. Odor vngentoꝝ tuorum super omnia aromata. q̃ hec deuotio ceteras antecellit. De quo di. berñ. Vngentum est de dñis collatuz hũano generi bñficijs ⁊ subiungit. Felix qui ipsa studiose colligere ⁊ ante mentis sue oculos digna cum gratiaꝝ actõne reducere curat. profecto cum fuerint in vasculo pectoris crebra meditatõe contusa. deinde igne sancti desiderij sil' decocta ⁊ demũ ipiguata oleo leticie. erit vnctio longe pretiosior priore. Tercio res diuino cultui aptande sanctificabantur olei vnctione. Sic enim dicitur Exo. xlij. Oia vnctionis oleo consecrabis. signans quia ⁊ nos qui celesti tabernaculo sumus eternaliter adaptandi post predicta debem⁹ ⁊ nos oleo leticie consecrari. per oleum em̃ spũale gaudiũ designatur sicut dicit Esa. lxi. Dabo tibi coronam pro cinere ⁊ oleum gaudij pro luctu ⁊ in ps. Unxit te deus oleo leticie. ℟ De oleo spũalis gaudij est sciendum q̃ ad gaudium eius gustandũ tria dulcissima confluunt scilicet dei pñia plena eius amicicia. celestis gaudij influentia ⁊ idcirco gaudiũ ex his tribꝰ ineffabile anime generatur. de quo dicitur Eccle. xxx. Nõ est oblectamentum sup̃ cordis gaudiũ Ite. puer. xxi. thesaurus desiderabilis est oleuz in tabernaculo iusti ⁊ homo imprudens diuisipabit illud. Q̃ aũt dei pñtia miram sup̃ modum faciat in anima delectationem dicitur. ij. Macha. xv. Presentia dei sunt magnifice delectati. Cum enim deus summa sit delectatio vbicunq̃ presens fuerit ex sui presentia odorem sue delectationis per totam domum anime spargit. Hinc Johan. Odor tuus domine excitauit in me concupiscentias eternas. Verum quia deus lux est ipo testante Johan. viij. Ego sum lux mũdi. de qua Augusti. Deus qui lux est illuminat pias mentes. vt ea que diuina dicuntur vel ostenduntur intelligant. ideo non solum delectationem dat anime per sui presentiam sed cũ hoc in lumine suo dat cognoscere ei plenam sui ⁊ perfectam amicitiam. de qua dicitur Sap̃. viij. In amicicia illius est delectatio bona. de qua amicicia dicit Augusti. Sic mihi videtur cũ miserationes eius ⁊ amicitias circa me attendo vt si vas est dicere quodammodo nihil agit deus nisi vt mee saluti prouideat et quasi oĩm oblitus sit ⁊ mihi soli vacare velit. cui consonat Bernar. Unum dico spiritualibus mirum quidem sed verum. animam deum videntem haud secus videre q̃ si sola videat ab eo. Tercia delectatio in celestis gaudij consistit influentia. Ibi em̃ gustat celestium bonorum quasi quasdam guttulas. de quo gustu dicitur Exo. Gustꝰ eius quasi similia cum melle. de quo dicit Sapientie. xvi. Bene disposuisti populuz tuum cui dedisti concupiscentiam delectamenti tui nouum saporem et bis gustatis desipit omnis caro. hoc est gustatis his bonis omnia terrena ⁊ carnalia deceterο non curantur. ⁊ hoc est quod dominus leui. xxvi. dicit. Superuenientibus nouis vetera proijcietis ⁊ do nec noua nascantur vetera edetis. quia necesse est quamdiu de spiritu nil gustamus terrena nobis per indulgentiam concedantur. gustatis autem spiritualibus carnalia contemnantur. Hinc grego. Dulce est esse in humanis rebus sed ei qui adhuc de celestibus gaudijs non gustauit. q̃ quanto minus eterna intelligit tanto delectabilius in temporalibus requiescit at si q̃s iam cordis ore gustauit que sit illa dulcedo celestium premiorum quanto illud dulce sit quod intus videt tanto in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet ℣

Ex his tribus dulcissimis delectationibꝰ

simul iunctis vna surgit ineffabilis ⁊ super dulcissima delectatio. p quã anima inebriata iubilat ⁊ exultat .i. extra se saltat ⁊ bene extra se saltatio ibi erit. quia nihil in sensibus humane miserie ibi remanebit. Item bene extra saltatio erit exprimens in motu corporis quod voce non poterit explicare. ⁊ hoc p prie vocamus iubilum. de quo ps. Beatus populus qui scit iubilationem Notabiliter autem dicit scit: non qui loquitur. non qui audit sed qui scit per experientiam. quia sciri quidem per intellectum iubilatio potest sed dictu exprimi non potest. Quem iubilũ describit Gregorius dicens. Jubilum dicimus quando ineffabile gaudium mente cõcipitur quod nec abscondi possit nec sermonibus aperiri. ⁊ tamen quibusdam motibꝫ proditur quamuis nullis proprietatibꝫ exprimatur. sentitur quippe ibi quod vltra sensum est. ⁊ cum vix ad hoc contemplandum sufficiat conscientia sentientis. quomodo ad hoc exprimendum sufficiet lingua dicentis? Est etiam sciendum q hec tres delectationes que in spirituali gaudio confluunt iuste per oleum designantur propter tres p prietates in oleo repertas. Habet enim oleum odoris fortitudinem. nitoris pulcritudinem vnctuositatis pinguedinem. per primũ odorat dei presentiam. per secundum cognoscit dei asciciam. per terciũ gustat celestium bonorum influentiam. Quarto sanctificatio i veteri testamẽto per sanguinẽ conningebat. vnde lenit. dicitur. Intingat sacerdos digitum in sanguinem ⁊ aspergat contra altare ⁊ erit sanctũ. per hunc sanguinem martirium quo in primitia ecclesia se dño sanctificabant potest intelligi competenter. Verum quia in pace iam viuit ecclesia. vt per effusionem sanguinis iam pauci sanctificentur. ideo querẽda sunt alia exercicioꝝ genera que coram deo pro martirio computentur.

¶ Propter quod sciendum q sunt tres radices merende .s. res corpus ⁊ anĩa ⁊ quod in singulis istis difficilimum est ⁊ supremũ illud p martirio computatur. Difficilimum aũt qđ de rebus dño possumus exhibere. ẽ oĩm bonoꝝ plẽa ⁊ integra denudatiõ ideo qui in hoc victor existent ⁊ oĩs diuitias mundi pfecte reliquerit induens se tenuissima paupertate talis paupertas martirio equipollet. in cuius signum Mathei. v. deus pauperibus ⁊ martiribus idem pmiũ scz regnum celorum pollicetur. dans p hoc intelligi vt sicut amboꝝ vnũ est premiuz sic amborum martirium equipollet. hinc berñ. Vere martirij genus est voluntaria paupertas. quid enim mirabilius aut quod martiriũ grauius. quã inter epulas esurire inter vestes preciosas algere. paupertati pmi. Secundum exercitium in corpore ⁊ de corpore exhibetur. difficilimũ aũt corporis obsequiũ martirio iterum equipollet ⁊ hoc consistit in quotidiana corporis afflictione vt p dura ⁊ aspa exercicia sanguinẽ extrahamꝰ. dõ corpe quẽ sel p vulnera gladij extrahere dẽrem? sicut de quodam dicitur. iiij. Re. Effudit sanguinem belli in pace Hoc martirio macrabat se quotidie ps. cum dicebat Oĩm. p pter te mortificamur tota die. ⁊ ap?. quotidie morioꝝ pter gloriã vestraz fratres. hinc greg. Habet pax nostra martirium suum q ⁊ si carnis colla ferro non subdamus. spũali tñ gladio carnalia desideria trucidamus nemini enim iã di. deus pro me morere. sed tñ in te carnalia desideria occide. Hinc berñ. Pius dñs infirmis ⁊ pusillis corde prouidit. vt quem semel ponere p christo nõ sufficiunt saltim minori ⁊ diuturniori martirio sanguinem fundant. Tercium exercicij deo de anima exhibemus. cuius difficilimũ iterum martirio equipollet. Difficilimum autem exercicij anime est dilectio inimicorum ⁊ circa odientes ⁊ persequentes affici ex affectu. qđ saluator ammonuit di. Diligite inimicos vestros benefacite his qui vos oderunt ⁊ orate p persequentibus ⁊ calũnian tibus vos. Verum quia in ore trium testiũ stat omne verbũ. ideo in predictis verbis saluator posuit tres testes. scz cor. os. ⁊ opus. Cor vt eos amemus. linguã vt pro eis oremus. opus vt eis auxilia exhibeamus. vt cũ sit difficile inimicum diligere. eius difficultas his tribus testimonijs cõprobetur.

¶ Quintum quod in veteri testamẽto nos sanctificabat erat ignis. sic enim dicit numeri. Quod potest transire p flammas

ignie purgabitur. ℣ Per hũ ignẽ intelligim? caritatem sine qua omnis sanctificatio pri? habita nihil valet que conuenienter ignis dicitur. quia ab igne deo denominat. sic. n. deutero. dicitur ℣ Deus ignis cõsumens est ℟ ideo flãma ex pñtia huius diuini ignis in animam transiens ignis silr nominat. de hoc igne dicitur Leui. ℣ Ignis in altari meo semper ardebit ℟ iterum. ℣ Ignis iste debet esse perpetuus signans caritatem que in altari cordis nostri hic debet incipere. ineternum nunquam extingui. ℣ De hoc igne qui caritas est tria maxima bona nobis proueniunt quibus maiora non sunt in celo ℟ in terra ℣ Per eam enim habemus vitam qua nihil magis diligitur super terrã. hinc ber. Vita cordis amor est ℟ id circo oĩno impossibile est vt sine amore sit cor quod viuere cupit. Secundo per amorem omnia que sũt nobis proueniunt ad salutez ℟ hoc est quod ait aplꝰ. Scimus qm̃ diligentibus deum omnia cooperantur in bonuz Tercio p amorem deum qui est oĩm beatorum thesaurus habemus. qui per fidem que per dilectionẽ operatur habitat in cordibus nostris. Sed tum ad sanctificationem faciens tam in veteri testamento qz in nouo sunt verba. vnde ad sensum videmus qꝺ omnia ad cultum diuinum necessaria verbis ℟ benedictionibus consecrantur. Sunt aũt duo genera verborum. s. verba dei ℟ nostra. per verba dei intelliguntur benedictiones. per verba vero nra orationes. de quibus benedictionibus dicit deutero. xxiij. Si audieris vocem domini dei tui vt facias atqz custodias mãdata que ego precipio tibi hodie. venient super te vniuerse benedictiones iste ꝛc. de verbis vero nostris sez orationibus etiã alijs sermonibꝫ copiosa materia inuenitur. XCVIII.

De eodem sermo tercius.

Gloria hec est omnibus sanctis eius ps. Diberñ. Non parum fructuosa inuenitur memoria sanctoꝝ oĩm quorum hodie gaudia celebramus que languorem teporem. errorem depellit. languorem cũ eoꝝ intercessione nostra infirmitas adiuuet. repor̃em cum et consideratione beatitudinis eorum nostra negligẽtia excitetur. Errorem cum de eorum exemplis nostra ignorantia informetur. ℟ quia tantum fructum et eis ꝓ sequimur et expedit ne ingratitudinem incurramus vt ex omni corde viceuersa eius laudem ℟ gloriam referamus ℟ hoc est qõ monemur in verbis propositis cuz dicitur Gloria hec est omnibus sanctis eius. ac si dicat quia in singulis festis nos singulis sanctis gloriam exhibemus. ideo gloria quã in hoc festo colimus. non vni non paucis non minis sed decet omnibus sanctis dei. ℣ Est aũt triplex gloria ad quam exhibendam debemus nos omni deuotione qua possumus exercere. s. ãmirationis. veneratioñis. imitationis. ℣ Prima debetur deo. secunda sanctis. tercia nobis. ℣ Prima est mentalis secunda vocalis. tercia realis. ℣ Prima ergo gloria sez ãmirationis in hoc festo ante oĩa dño est offerẽda qm̃ in oĩm p̃mordq; nos nominare laudare glorificare condecet eum qui cunctos condidit sanctos. per quez oĩa facta sunt per quem cuncta subsistunt elementa. cui tunc suam gloriam exoluimus cum eum in sanctis suis laudamus. laudãdo ãmiramur eius potentiam sapientiam clementiam qua potuit sciuit voluit tam viles vermiculos de stercore ℟ puluere ꝓ creatos in tam excellentem gloriam sublimare. dicentes intimo ãmirationis affectu illud Ro. ij. Non est sanctus vt est dñs ℟ nõ est fortis sicut deus noster qui suscitat de puluere egenum ℟ de stercore erigit pauperem vt sedeat cum principibus sez cum angelicis spiritibus ℟ solium glorie teneat. Quã gloriam tunc deo verissime exoluimus cum in ãmiratione eius laudis deficimus. cum affectus ãmirationis prevalens non inuenit verba congrua per que possit exprimere quod miratur dicentes illud. Eccles. xlix. Vultra dicimus ℟ deficimus verbis. consũmatio aũt sermonum ipe est in omnibꝫ gloriantes ad quid valebim? ipse enim omnia est super omnia opera eius. terribilis dominus ℟ magnus vehementer. ℟ mirabilis potentia ipsius. ad talem gloriam deo exhibendam hortamur ibidem cũ statum subiungit.

pati videamur teste conscientia innocenter. Tunc enim nostre passiões ad maximũ stabunt meritum: cum non ad peccati purgationem sed ad meriti cumulationẽ pateremur. Vnde de peccati purgatione dicit Petr. Que est gratia si peccantes colaphizati sufferetis? De secunda aũt flagellatiõe statim subiungit. Sed si bene facientes patienter sustinetis: hec est gratia apud deum. Nam de talibus passiõibus dicit apostol⁹ ij. Corin. Id qđ ẽ momẽtaneũ & leue tribulatiõis supẽ modum in sublimitatẽ eternũ glorie pond⁹ operatur in nobis. Tercio dominꝰ ptulit gaudẽter: ipso dicente Johã. Desiderio desideraui mãducare hoc pascha anteq̃ patiar. Sic & nos nõn solum patiẽter: nec solũ libenter: sed & gaudẽter ea que patimur sustineamus. hoc fideliter agẽtes vt semp aliquid dilectionis & beneficij singularis illis exhibeam⁹ a quibꝫ sufferim⁹ nostras passiones. De his duobus exercitijs: scz operoso & penoso dicit Bernñ. Electoꝝ est bona facere & mala perpeti. Tũc eñ supra modũ proficimus cũ ambo ista in nobis recipiunt incrementũ. Solet eñ hoc facere dei benignitas circa electos vt cum fecerint oñia tanq̃ serui inutiles flagellent. ¶ Tercio vita spiritualis debet esse virtuosa: hoc ẽ plena virtutibꝫ. qđ necessario sequit ad pdicta. Nullum enim bonum sine virtutibꝫ deo poterit esse gratum: dicente Bernñ. Quãtũlibet te affliges: quãtumlibet te crucies: nõ tui copiam tibi tribuet qui dñs virtutum dicit: nisi fueris virtutibus adornatus. Ob missis aũtẽ omnibus alijs tres virtutes specialiter ad vitam religiosam ptinentes breuiter pcurramus. scilicet castitatem. humilitatẽ. charitatem. Castitatem aũt hic accipim⁹ non solũ ꝑ abstinentia omniũ voluptuoso⁹: sed omniũ superfluoꝝ. Nunq̃ enim religiosus gustabit dei delicias: nisi abstineat a superfluis & terrenis. Propter qđ dicit religiosis Osee. Noli letari israhel: noli exultare sicut populi. In quibus verbis religiosus ꝓhibet a letitia secularj. Cur hoc: q⁹ dicit Aug⁹. Si anim⁹ bz vñ oblectet extrinsecus: sine delitijs manet intrinsecus. Cur autem hoc sit ostendit Bernñ. dicens. Anima sine delectatiõe esse nõ potest. aut enim delectabit in infimis & cadet sũ premis. aut in supmis et infima cõtemnit. Secunda virtus est hũilitas. que licet omni homini sit necessaria ad salutem: summe tamẽ necessaria est religiosis. ꝓpter qđ deformati sum⁹ ab alijs hominibꝫ habitu et conuersatione vt ipam faciliter acquiram⁹. Hinc deus monet specialit apl̃os tanq̃ religiosos: dicens. Discite a me q⁹ mitis sum & humilis corde. Est enim hec virtus summe necessaria & ꝓprijssima virt⁹ religiosoꝝ. alias eñ virtutes et gratias meret humilitas: iuxta illud. Deus superbis resistit: humilibꝫ aũtẽ dat gratiã. Data cõseruat. q⁹ iuxta ysa. Nõ requiescit spiritus: nisi super humilẽ & quietum. Seruatas ꝓficit & consũmat: iuxta illud Apli. Virt⁹ in infirmitate perficit. Tercia virtus est charitas. sine qua nõ solũ predicte virtutes: sed nullũ bonũ penitus placet deo. Nam iuxta aplm. Non fides placet etiam si montes quis transferat: nec scientia etiam si lingua quis loquat angelorũ. non martyriũ etiam si tradiderit corp⁹ suũ quis ita vt ardeat. nec elemosyna etiam si dederit quis omnem substantiã suam in vsus pauperuꝫ. Q⁹ si alquis de his virtutibꝫ aliquid amplius loqui cupiat: ꝙrat in locis suis vbi diffusi⁹ hec ptractãtur. ¶ Tercio ad vitam eternã festinandũ est & hoc ꝓpter tria. Quia ibi est quies delitiosa. leticiosa copiosa. dignitas gloriosa. que tria totã beatitudinem in se claudũt. Primo ergo festinandũ est ad celestem patriã q⁹ ibi est quies delitiosa. in quo duo tangũtur. scilicz quies & delitie: que duo copiosissime in patria possidẽtur. Nam de quiete dicit Prouerbi. iij. Si dormieris scilicz morte corpali non timebis quiescas & suauis erit somnus tuus. Et subiungit hui⁹ quietis causam: dicens. Dominus erit in latere tuo. & custodiet pedem tuum ne capiaris. De hac dicit ysa. xxxij. Silentiũ & securitas in eternũ erit. & sedebit populus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiducie & in requie opulenta. Et bene dicit opulenta. q⁹ nihil erit a dextris et a sinistris retro & ante: intus & extra qđ nos aliqliter inquietet: ita vt cuꝫ puenerim⁹ gratulabũdi: dicamus illud Eccli. Vocidum

laboraui ⁊ inueni mihi multam requiez. Et subiũ gentes illud ps. Hec requies mea i seculum seculi hic ⁊c. De delitijs quas habituri sum? dicit ysa. lxvj. Gaudete qui lugebatis. quia replebimini ab vberibus consolationis eius: vt delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Harũ autem delitiarũ affluens copia ex duabus causis super nos cumulat. scilicet quia ab oĩbus in nos fluunt: ⁊ in nos totos. Primo dico ab oĩbus in nos fluũt. scilicet a deo patre: filio: spiritu sancto. a beata virgine. a singulis angelis atq; sanctis. ⁊ ab omni que tunc ꝓmanet creatura. Hinc est q̃ eadem superfluens abundantia deliciarũ dicit torrens. q̃ sic ex multis riuulis cõfluentibus tandez torrens exuberat: sic delitie ex deo ⁊ ex omnib̃ creaturis in animam confluẽtes superfluentez torrẽtem faciunt omniũ deliciarũ. Et hoc est q̃ dicitur in ps. Inebriabũtur ab vbertate domus tue: ⁊ tor. ⁊c. Secunda causa ꝓter quaz celestes delitie in tanta redũdantia possidentur. hoc est. quia de omnibus cõfluit in nos totos. alioquin quomõ deus erit oĩa in oĩbus vt ait apostol? si in homĩe de homine aliquid remanebit? Si ergo deus erit omnia in oĩbus: necesse est vt totus transeat in deum. ita vt de homĩe nulla porciuncula remaneat extra deum. Et hoc est q̃ declarat Bernard̃. in vna sententia satis pulchra: dicẽs. In illa futura vita inestimabilis ⁊ ineffabil delectatio inebriabit electos. ⁊ in super effluenti dulcedine totos absorbebit. Et exponens seipm statim subiũgit. Oculi totos oculos. aures. os. lingua. dentes. guttur. manus. pectus. cor. iecur. pulmo. ossa. medulle. imo extra ipa ⁊ cũcta singillatim singulaq; membra eorũ mirabili delectationis ⁊ dulcedinis sensu replebũtur. Et hoc est q̃ promittit nobis Deutro. vbi dicitur. Rerum omniũ abundantia perfrueris. qui autem dicit omniũ: nihil ex omnibus videtur excipere. Et ideo dicit ysa. Tũc videbis ⁊ affluez ⁊ miraberis ⁊ dilatabit cor tuum: quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris: scilicet omniũ gratiarũ. ¶ Secũdo festinandũ est ad eternam patriam: quia ibi est letitia copiosa. Gaudebimus enim de bono ꝓprio: de bonis singulorũ ⁊ omniũ tanq; nostro. super omnia autem de visione dei ineffabili letitia absorbemur. ỏ qua ps. Adimplebis me letitia cũ vultu tuo. Hinc ysa. lxv. Gaudebitis ⁊ exultabitis vsq; in sempiternũ. Gaudebunt enim supra se de dei visione. infra se de inferni euasiõe. intra se de corporis ⁊ anime glorificatiõe. extra se de angelorum ⁊ hominũ associatiõe. retro se de mirabili ꝓuentione. ante se de perpetua securatione. circa se de omni bonorum stabili ꝓmansione. De quorũ omniũ cumulata letitia dicit Bernard̃. Reuera videre nõ possum quo modo ineffabile gaudiũ circũquaq; non habeat quem tot cõmoda felicitatis circũdant sine fine. Gaudebis enim de bonis tuis multum nimis. sed si haberes aliquẽ quez sicut teipm penitus amares: de cuius bono sicut de tuo gauderes. illumq; nõ minore q̃q; te felicitate per omnia vultum videres. nõne in gaudio eius gaudiũ duplicatum haberes. si vo duos vel tres vel plures tibi pares in amore possideres ⁊ eos ea felicitate ꝓspicuos cerneres: nõne ꝓ eorũ numero in te multiplicaret gaudiũ tui magnitudo Potest ne q̃ illius gaudij modus a quoq; homine penetrari: cũ vltra mille milia ⁊ decies milia centena milia innumerabiles sint ⁊ oĩes beatitudine eadem ꝓfruãtur. nec vllus eorum sit qui non tantũ de bono alterius gaudeat q̃ntum de suo: q̃ tamẽ ego salutis reuerẽdi patris nostri Bernardi verbis estimo itelligẽdum. nõ intensiõe gaudij sed i numero gaudiorũ. que omnia adhuc respectu eius quẽ supra se vident deum minus habent. Cum enim vident supra se: eum a quo omnia habent in tam inestimabili gloria fulgentez. et in eadem gloria oĩes eos plusq; ipsi se muto ⁊ q̃q; deum diligant in infinitũ amantẽ. gaudent ỏ eius gloria super omnia gaudia prius dicta. in cuius felici visione ꝓsistit vita eterna: dicente filio Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deũ ⁊ quẽ misisti Jesum christum. cuius visione vt abundãtius ꝓfruamur videbimus eũ tripliciter. scilicz in omnib̃ creaturis. in nobis metipis. ⁊ ꝓ his oĩbus ineffabiliter iocundius est atq; beatius nuda facie in semetipo

videbimus trinitatem: gloriã eius sine vllo enygmate mundo cordis oculo cõtemplantes. ¶ Tercio festinandus est ad eternam vitam. quia ibi possidet dignitas gloriosa. hec autẽ dignitas maxime in hoc cõsistit quia singuli sanctorum transeũt ibi in dignitatem regalẽ vt sint sponse ⁊ regine. non cuiuscũq; de plebe: sed regis dei qui se singlis ibi exhibet ac si nullum habeat ibi amplio di ligendũ: ita videlicet vt ipse rex solam suaz reginam diligat: ⁊ omnis reliqua multitudo ad eorum nuptias ⁊ obsequiũ sit collecta. ¶ Ventior ego si hoc non dicat dñs per ꝓphetam ysa. lx. Leua in circũitu oculos tuos: et vide omnes isti cõgregati sunt venerunt tibi. ac si dicat. Omnes cõgregati sunt ad honorem tuũ: obsequiũ ⁊ decorẽ. Vnde sicut sponsus ⁊ sponsa terrestris omnes quos in nuptijs suis cõgregatos viderint venisse: nõ dubitant ꝓpter eos. sic singule sponse estimant in celo de oĩbus cõgregatis. ¶ Q̃ autem deus singulis se exhibeat tanq̃ sponsuz ⁊ singlas habeat tanq̃ spõsas: oñdit Beñ. dicẽs. Spõsus noster domin⁹ christus spõsa vo eius nosiꝑ sum⁹. ⁊ omnes simul vna sponsa que est ecclesia. ⁊ anime singulorum quasi singule sponse que se mutuo cum tanto deliciarũ affectu alterutrũ intuent ac si soli videant ⁊ videantur. ¶ Ꝺ aperte ostendit Beñ. dicẽs. Audite mirum: sed verum. anima deum videns non secus videt q̃ sola videatur. Ex his omnibus cõcludit Aug⁹. q̃ merces sanctorũ tam magna est q̃ non potest mẽsurari. tã multa q̃ nõ potest numerari. tam preciosa q̃ non potest terminari. tam precioſa q̃ non potest estimari. Ad que gaudia ꝛc̃.

CI. In die animarum.

Mortuo nõ pro

hibeas gratiam. Eccli. vij. ¶ Dicit Beñ. Trine descensiones locorũ sunt quas ꝓ diuersitate meritorum anime sortiũtur. Ad celũ statim auolãt qui domicilio corꝑis vsi sunt tanq̃ carcere qui defectiuã substantiã vtriusq; hominis purã seruauerũt. Ecõtra qui fecerũt vsq; ad mortem que digna sunt morte locis gehennalibus sine misericordia deputãtur. ¶ Qui vero inter vtrũq; sunt. i. qui mortalia cõmiserũt. sed circa mortem penituerũt penitentiã non explẽtes: indigni vt statim gaudeãt. nec digni vt semp ardeãt purgatorii sortiũtur. in quo flagellant̃ vt excocti transferant̃ ad regnum. ¶ Ꝺro his qui in celo sunt nec est orandum: sed eos non ꝓ eis orare debem⁹. ¶ Ꝺro his vo qui in inferno sunt: suspendẽde sunt preces. quippe quibus clausa est misericordie ianua ⁊ tot⁹ spes iterclusa salutis. ¶ Ꝺro illis autez vigilandũ est in oratiõibus: subueniendũ elemosynis: ac sacrificio hostie salutaris qui locis purgabilibus emundãtur vt benignus pater penam eoz in satisfactionem: satisfactiõem in glorificatiõem cito cõuertat. Et quãto maior est necessitas indigẽtis: tato gratiosi⁹ est opus misericordie subueniẽtis. Et quia nemo pauperior his qui in purgatorio detinentur. ideo qui illis subuenit bñficia exhibet grata valde. ¶ Qui eñ nihil oñino habet vnde necessitati sue cõsulat pauper est. ¶ Qui autez cum hac paupertate detinet̃ in carcere vt non possit puenire ad eos qui sue pauptate subueniãt pauperior est. ¶ Qui autẽ cum his duobus tanta infirmitudine constrictus est vt nec manuz ad os porrigere valeat: pauperrim⁹ est. ⁊ tales sũt homines qui ꝓ suis excessibus in purgatorio detinentur. Et ideo deus misericordia motus hortat̃ nos in verbis ꝓpositis vt eisdem paupibus misericorditer subueniam⁹. Nec dubiũ quin gratissimũ in eisdem obsequium deo exhibeamus. quippe quia amici dei sunt q̃s ab eterno dilexit ⁊ diliget in eternum. ⁊ ideo grata est ei nostra subuẽtio quã talibus exhibem⁹. In verbis ergo ꝓpositis tria possumus intelligere. scilicet mortuorũ diuersitatem. subuenientiũ habilitatẽ. subuentionũ acceptabilitatem. ¶ Primuz ibi A mortuo. Secundũ ibi: non ꝓhibeas. Tercium ibi. gratiam. Hec per ordinez ꝓsequentes primo dicimus q̃ in hoc nomĩe mortuo tangitur diuersitas mortuoz. Cum enim nõ dicatur a mortis i plurali: sed a mortuo in singulari: innuit ex hoc q̃ non omnibꝰ mortuis subueniendus est: sed vni tantũ genez mortuoz. ¶ Propter qd̃ sciendũ q̃

Im Augustinū tria sunt genera mortuorū. scz valde boni · valde mali. mediocriter boni ⁊ mali. qđ exponit p singula ita dicēs. Mal de mali sunt qui ex pfidia cordis oris ⁊ operis dicūt deo illud Job. Recede a nobis: scientiaz tuarū viarū nolumus. In quibꝫ verbis tangit tria genera valde malorꝫ mortuorum. Nam in hoc qꝫ dicit pfidia cordis: tangit omnes hereticos qui sola perfidia cordis a dño recedētes christianis hominibꝫ ne deprehendātur: ore ⁊ opere se cōformāt. Cū autem subiūgit pfidia oris: tangit omnes qui publice sunt infideles: vt sunt iudei. sarraceni. pagani. ⁊ omnes natōes que apto ore cōtradicunt fidei christiane. Cum aūt concluditur pfidia operis: tāgit malos christianos qui corde ⁊ ore ꝓsentiūt fidei: sed malis operibus cōtradicūt: quos omnes infideles deus reputat eo qꝫ fidei cordis ⁊ oris testimonium operis non adiūgunt. ⁊ sunt de quibꝫ dicit aplūs. Confitent se nosse deum. factis autem negāt. Item Jaco. Quid ꝓdest si fidem quis dicat se habere: opera autē non habet. nūquid fides poterit saluare eum? Et subiungit. Tu credis quoniā vnus est deus: bene facis. ⁊ demōes credūt ⁊ cōtremiscūt. Sicut ergo corpus sine spiritu mortuū est: sic fides sine operibus mortua est. Hinc Johan. Qui dicit se nosse deū ⁊ mandata eius non seruat mēdax est. ⁊ per cōsequens peribit. qz perdet deus omnes qui loquūtur mendacium. Et hoc est qđ dicit Grego. Vera fides est que in hoc qđ verbis dicit moribꝫ nō contradicit. Qđ cum ita sit fidei nostre veritatem in vite nostre consideratōe debemus cognoscere. Tūc enim vere fideles sumus si qđ verbis ꝓmittimus: operibus adimplemus In die enim baptismatis omnibꝫ pompis antiqui hostis renūciare ꝓmisimus. si ergo hoc ꝓmissum soluimus: fideles apud deū veraciter reputamur. Ista ergo tria genera mortuorum dicunt et sunt valde mali. qz statim vt de corpe exeunt: in eodem puncto ad infernа descendūt: nunqꝫ inde exituri donec reddant vsqꝫ ad nouissimū quadrantē. vocans nouissimū quadrantē minimum veniale qđ nunqꝫ per penam diluitur. dicente Grego. Qui de magnis malis debitores sunt supplicijs traditi: etiam nouissimū quadrantem soluere cogunt. quia quos magna premūt: etiā mala minima in gehenna affligūt. Vnde hoc aduerbiū donec sumitur hic pro infinito sonans eternitatē. vnde sensus est. Nō exibunt in de donec reddāt nouissimū ędrantem: hoc est qz nō possunt: ergo nunqꝫ exibūt. Et est causa. qz corpus ⁊ anima simul peccauerunt: anima cōsensuz dante ⁊ corpe opus perficiente: et idcirco deberent simul satisfacere. sed mortuo peccatore corpus in terra cōsumitur: anima in inferno sepelit. nec vnqꝫ simul cōuenīt vsqꝫ ad diē nouissimum. q̄ dies ꝑfixus est ad sententiā ꝓmulgandā nō ad emendā faciendā. Et ideo de talibꝫ mortuis non est verbum ꝓpositum. nec pro talibꝫ est orandum. quia nulla eis prosunt suffragia: sed magis nocent. dño cōminante p ꝓphetam Ego maledicā maledictiōibus vestris R Unde si beata virgo cū omnibus sanctis vsqꝫ ad nouissimū diem ꝓ vna damnata anima dño supplicarent: ipe eam nullatenus exaudiret. ⁊ hoc ꝓpter duas causas. Primo qz sunt extra statum ⁊ terminū misericordie ⁊ gre: vt nulla gratia possit pertingere ad eos dē. dño dicente per ꝓphetam. Invocabunt termini impietatis: ⁊ populus cui iratꝰ est dñs in eternū. Hinc Isai. Magnū chaos ⁊c. Secūda causa est. quia deus qui est eterna veritas fortissimū iuramentum ꝑstitit vt nunqꝫ misericordiā consequantur. quia licet sit omnipotens: nullatenus tamē potest venire contra suū iuramentum. Hoc autem iuramentū tam in veteri testamēto qꝫ in nouo est firmatū. Nā in veteri dicit per Hiere. Eiuit dominus si stetterit Moyses ⁊ Samuel coram me: non est anima mea ad populuz istum. eijce eos. a facie mea egrediātur. Dicit ergo oībus electis in celo ⁊ in terra illud Hiere. Noli orare ꝓ populo isto in bonū. quia nō exaudiā te. Item in nouo testamento dicit Mat. Amen amē dico vobis non recedet inde. Sz diceret aliquis. que sunt peccata pro quibus peccatores tam grauiter damnabūtur. Respondeo qꝫ aplūs enumerat ea euidēter: dic. Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio. immundicia. inimicicie. cōtentiones. ire. riꝛe.

dissensiones.inuidie.homicidia.ebrietates. comessatões.& his similia que ꝓdico vobis. quoniã qui talia agunt: regnũ dei non cõsequẽtur. Si autem non cõsequetur ergo dãnabũtur. qz non est dare medium. Cui cõsonat Johan. in Apocal. dicẽs. Timidis & incredulis: & exectatis & homicidis & fornicatoribus. veneficis & ydolatris & omnibus mẽdacibus: pars illoz erit in stagno ardenti igne & sulphure. q̃ est mors secunda. Hec peccata adhuc Augus. euidentiꝰ exprimit: dicens. Quãuis apostoli multa capitalia enumerauerint: nos tamẽ ne desperationem facere videamur: breuiter dicam? que sunt illa. Sacrilegiũ. homicidiũ. adulteriũ. falsum testimoniũ. furtum. rapina. superbia. inuidia. auaricia. & si longo tempe teneatur iracundia: & ebrietas si sit assidua: in eoz numero computãtur. Et subiungit. Quicũq; ergo aliqua de istis peccatis in se domina cognouerit: ubi se digne emendauerit & si habuit spaciuz longo tempore penitentiam egerit. & largas elemosynas erogauerit. et a peccatis eisdem abstinuerit: trãsitoꝛio igne purgari non poterit. sed eterna illa flãma sine vllo remedio cruciabit. & ideo ꝓ talibꝫ mortuis nou est orandum. quia nullo modo poterunt liberari dicẽte ps. Fones eos vt clibanu; ignis in tempe vultus tui. i. q̃diu vult? dei durabit. Hinc est q̃ de eisdẽ mortuis dicit. Mors peccatoꝛũ pessima.

Est enim mala ꝓpter temporaliũ relictionem. peior propter perpetuaz damnatõem. pessima propter diuine faciei eternã sepationem. Primo dico mors peccatoꝛũ est mala propter temporaliũ relictiõem. Cum enim peccatoꝛ moriẽs relinquat omnia dilecta ꝓpter quoꝛ adhesionẽ fruitionẽ & cõsolationẽ deum perdidit et regnũ celoꝛ noluit: merito talis relictio facit mortẽ malam. Unde dives ille euãgelicus moriens ita fundit? perdidit omnia temporalia: vt iu inferno sepult? de omnibus relictis guttam aque nõ potuit impetrare. Secũda mors peccatoꝛ est peior propter perpetuã damnatiõem. quia damnati acerbissima pena luent oĩa simul. nec tamen in perpetuũ a mínimo expiantur. hoc est q̃d dicit Hiere. Ecce ego inducaz super eos mala de quibus exire non potuerunt. et clamabũt ad me & non exaudiam eos. Tertia mors peccatoꝛ est pessima propter diuine faciei eternam separatiõem. hoc enim super omnia mala pessimũ est: dicente Crisо. Nõ puto ita acerba esse gehẽne supplicia vt sunt illa quibus torquẽt is qui arcetur a conspectu christi. hoc (crede mihi) penis omnibus grauius est. hoc est soluz q̃d supat gehennã. Secundi mortui sunt & dicũtur valde boni: qui statuz puritatis tenẽtes nullis sunt huius mũdi sordibꝫ inquinati. vel si sunt inquinati per fortissimã penitentiã & satisfactioez plenissime sunt purgati. quoꝝ anime statiz vt de corpoze exeũt sine medio auolãt ad regna celoꝝ. Sed qui sunt hi & laudabimus eos. Sunt tamẽ taliũ quatuoꝛ genera hominũ. scilicet innocẽtes. penitentes. patientes. & cõtemplãtes. que nobis in scriptura per quadruplicẽ celi apertionẽ sunt lucide declarata: quod de singulis per ordinez videamus. Nam de prima apertiõe dicitur Mat. iij. Ecce celi aperti sunt super eum: scilicet Jesuz. & vox de celis audita est. Hic est filius meus dilect?. In q̃ celi apertiõe innuitur q̃ omnes in puritate baptismatis decedentes celum habent sibi apertũ. Secundo vere penitẽtibus celuz est apertum. q̃d in secunda apertiõe innuit. Sic enim dicitur in Act. x. Ascendit Petrus in superiora domus vt oraret nõ. & cecidit super eum mentis excessus. & vidit celũ apertũ. & descẽdes vas sidãs velut linteũ magnũ q̃tuoꝛ initijs sũmitti de celo i terrã in q̃ erãt oĩa quadrupedia et serpentia terre & volatilia celi. & facta est vox ad eum. Surge Petre occide et manduca. Ait autẽ Pet? Absit dñe quia nunq̃ mãducaui omne cõmune & ĩmundũ. Et vox iterum ad euz. Quod deus purificauit tu ne immundũ dixeris. Per q̃d innuit q̃ oĩes vere penitentes qui per fortissimã contritionẽ omne ĩmundũ q̃d in linteo cõscientie inuenerũt macrant & occidũt. ipsi sunt quibꝫ statim vt de corpe exeũt celũ sine dubio est apertum. Tercio martyriũ patiẽtibus celum est apertum. q̃d iterũ in Act. vij. legit. vbi Stephanus in passione posit?: ait. Uideo celos apertos. Per q̃d innuit q̃ celuz martyribꝫ

est apertum. Verum quia vt ait Grego. In pace iam viuit ecclesia vt nemo iam martyrium patiat. Deus saluti nostre inuigilās: prouidit quedam exercitia que martyrio equipollēt. require sup̄ sermōe. ix. de sancto Stephano. Quarto celum apertum legimus in Apocal. vbi Johānes in pathmos insulam relegat? dicit. Ecce ego Johānes vidi ostium apertū in celo. Per qđ innuit q̄ ab omnibus mūdi actibus elongati: et diuine contemplatiōis ocio dediti: ad celum statim vadunt. nec pro his mortuis est orandum: sed magis nos eor̄ intercessiōibus indigemus. De his enim mortuis dicit. Preciosa in cōspectu dñi mors sanctor̄ eius. i. plena p̄cio. Habent enim preciu de mundi liberatiōe. inferni euasione. regni celorū eterna possessione. Et sunt de quibus dicit apostol?. qui superedificant aut̄ argentum et lapides p̄ciosos. Qđ exponit Aug?. dicēs. Fratres. sunt homines omīno cōtemptores huius seculi: quibus nō est notum quicqđ fluit tempaliter. non hr̄ent dilectiōe aliqua terrenis rebus. sancti. casti. iusti. cōtinentes. et fortasse oīa sua vendentes et paupibus erogātes. aut possidētes tanq̄ non possidētes. et vtentes hoc mundo tanq̄ non vtentes. ipsi sunt pro certo qui sup̄ fundamentū scz christum superedificant aurū et argentū et lapides p̄ciosos. aurū scz amatorie dilectiōis. argentū edificatorie locutiōis. lapides p̄ciosos meritorie operatiōis.

Tercij mortui sūt mediocriter boni et mediocriter mali. et sunt qui capitalia crimina non cōmiserūt. vel si cōmiserūt p̄ penitentiā et satisfactiōem licet insufficientē in venialia cōmutauerūt et multa venialia addiderunt. hi tales quia nō habēt capitalia: euadūt infernū. sed quia habent venialia nō statim trāseunt ad celū: sed in loco mediocri hoc est in purgatorio detinent̄ tam diu quousq̄ predicta venialia per ignē purgatorij cōsummuntur. vel p̄ suffragia sanctor̄ redimunt̄. Unde Aug?. Qui crimia capitalia non admittunt: sed ad minuta perpetrāda faciles sunt et ad redimendū negligētes: ad vitā eternam sine dubio venturi sunt. sed p̄ius aut in hoc seculo p̄ dei iusticiā amarissime sunt torquēdi aut per multas elemosynas et orationes liberandi. aut certe illo igne de quo dicit apostolus. sic quasi p̄ ignē longo tempe cruciandi. Que sunt autē illa venialia Augus. enumerat: dicens. Quotiēs aliquis in cibo vel potu plus accipit q̄m necesse sit. quotiens flagello dei impatiēs fuerit. quotiens plus loquit̄ q̄m oportet. plus tacet q̄m expedit. quotiens excepto desiderio filioꝝ vxoꝝ cognouerit. quotiēs malas cogitatiōes sine cōsensu admiserit. quotiēs in diuino seruitio negligēs fuerit. quotiēs terrena dilexerit citra deum tamē. hec et similia adminuta peccata p̄tinere non dubiū est. Ex quibus peccatis licz aīa nō damnet̄: tñ velut quibusdā pustulis et quasi horrenda scabie deformat̄ anima vt cum his ad amplexus dei in celo nullatenꝰ admittat̄. et ideo quicqđ de his minutis cōtinuis oratiōibus. elemosynar̄ largitiōibus. misericordie opib̄. missar̄ p̄parationib̄. ieuniis. indulgētijs eorū qui in nos peccauerūt assidue redemptū nō fuerit: aut hic multis tribulatiōibus expiat̄: vel illic in purgatorio deputat̄. tocies tñ anima patit̄ plus et minꝰ. Quā diuersitatē aplūs insinuat ad Corin. vocans eadē minuta ligna fenū stipulaz. nō q̄ sint talia: sed quia cruciāt plus et minus.

Sequit̄ secundū principale: scz non prohibeas. in q̄ monemur vt ad suffragia eiꝰ exhibenda nos habilitemus. Ipsor̄ autem suffragia tripliciter prohibemus. scz si in peccatis mortalibus viuim?. si ab eis cōpassionis oculos auertimus. si nihil p̄ eis facim?. Primo ergo si gratiā eorū prohibere nolum? ad intercedendū p̄ eis: faciam? nos ydoneos p̄ peccatorꝝ emendatiōem: ne nobis p̄ eis in peccatis orantibus dicat deus illud Luc. Medice cura teipm. Dicit enim Gre. Cuz indignus ad intercedendū mittit̄: irati animꝰ ad deteriora p̄uocat̄. faciāt tñ bona que possunt. q̄ non in faciētiuz: sed patientiū charitate a dño forsitan acceptant̄. Secūdo grauz eor̄ prohibemus si oculos cordis ab eor̄ miseriis auertam?. Faciam? ergo hui? oppositū et quicqđ ad eor̄ cōpassionem nos p̄uocare possit exerceamus. cogitātes quātū nos vellemus iuuari si in simili essem? miseria constituti. Imo si digitū haberem? in igne quez

per nos retrahere nō possem⁹: q̄ valido clamore oēs nostros amicos inuocarem⁹. qđ ergo nobis fieri cupimus: aliis similr facia mus. Dicit enim Greg. Ea fidelitate qua nūc defunctis succurrim⁹: nobis simlr succurretur. Tercio eoꝝ gratiā phibemus si nihil p eis facim⁹. q̄ si subuenire eis cupim⁹: omnia q̄ pro nobis ipis facimus eis impartiamur. nec ex hoc minus habebim⁹: sed omnia opa nra duplicant. Nam si ipa nra opa pie eis cōmunicanerim⁹: ipis pderūt. sed fidelitas nostra nobis copiosius a deo recompensat. Sūt em̄ amici dei q̄s ab eterno dilexit. et ideo quicqđ p amicis dei facim⁹: deus copiosissime nobis reddet. ¶ Sequit̄ terciū principale. s. gratiā. in quo tangit̄ suffragioꝝ acceptabilitas. Et licet multa sint genera gratiarū quib⁹ mortuis possum⁹ subuenire: omnes tñ illas fm triplicē habitū rerum in triplicē gratiam colligamus. habemus enim res. corpus. et animā. Ex rebꝫ g̃ subueniamus elemosynarū largitōe. ex corpe aūt quarūlibet penalitatū exercitatiōe. ex aīa autem interna ꝓpassiōe. Nam de prima gratia dicit. Sicut aqua extinguit ignē: sic elemosyna peccatū. De secūda gratia dat̄ regula in theologia q̄ pena pene resolutoria est. De tercia ex psona defunctoꝝ dicitur Job. Miseremini mei ꝛc̄.

CII. De eodem sermo. ij.

Memor esto iudicij mei. sic enim fiet et tuus. Eccli. xxviij. Dicit Aug⁹. Sic ptinet ad diuinā iusticiā bonos ꝓpter venialia in purgatorio cruciari. ita ptinet ad bonitatem et misericordiā dei eosdē p suffragia liberari. Et q̄ hi qui in purgatorio detinent̄ amici dei sunt quos ab eterno dilexit et diliget in eternū. ideo ad eoꝝ subuentiōem deus tripliciter nos hortat̄. scz p scripturā creaturam. et figurā. ¶ Primo p scripturā nos hortatur: dicēs singulis et oīb⁹ nobis illō Eccl̄. Miserite ptes eis qui nō preparauerūt sibi. quippe qui in nullo possunt psonaliter se iuuare. et ideo sup omnes hui⁹ mūdi pauperes pauprimi iudicantur. Hinc ¶ Prouer. xxiij. Erue eos qui ducunt̄ ad mortem: et qui trahuntur ad interitū liberare ne cesses. Secūdo hortamur p creaturā. Videmus enim ad sensuz q̄ tam aialia q̄ volucres suis mortuis quodāmodo cōpatiūtur. Tercio idez ptz p naturā. Vnūquodq̄ enim membꝝ infirmiori cōpatitur. et quātum potest subuenit in necessitatib⁹ pstitutis. Sic oculus subuenit pedibus. pedes vo corpi. et man⁹ pro ceteris partib⁹ corpis ictibus et vulneribus se exponit. In verbis ergo ꝓpositis duo possumus intelligere. ¶ Primo enim hortatur nos defuncti ad suoꝝ cōpassionē. Secūdo ꝑmunit nos ad nostram de futuris cautionē. ¶ Primū ibi. Memor esto iudicij mei. Secūdū ibi. sic ei fi. et t. ac si singuli defuncti ad singulos nos post tergū clamare videātur. Memor esto iudicij mei vt mihi subuenias. et memor esto tui vt idem iudiciū subterfugias. ¶ Sciendū ergo q̄ sup nos singulos de⁹ triplex iudiciū exercebit. ¶ Primum exercet sup corpus solū. secundū sup aīaz solā. terciū sup corp⁹ et aīaz simul. ¶ Primū exercet deus in corpis extinctōe. secundum in anime exalatōe. terciū in generali resurrectiōe. ¶ Primū iudiciū exercet deus sup corpus in ipius extinctione. Cum enim per corpus deū offenderim⁹ in dilectoꝝ adhesione. delectabiliū fruitōe. in carnaliū et turpium imaginatōe. ideo deus iustus iudex qui dedecus culpe non sinit inultū sine decore iusticie punit corp⁹ in his in quib⁹ deliquit p cōtraria ꝓdictoꝝ. vt cū p corp⁹ deū offenderimus i dilectoꝝ adhesione: punimur iusto dei iudicio in morte in eoꝝdē oīm separōe. ibi em̄ ab amicis. a diuitijs. ab honoribꝫ. et ab omnibus q̄bꝫ hic inordinate cōtra deuz adhesimus separamur. Et hoc est qđ deus cōminatur nobis Ezechiel. xxiij. Ecce ego tollo a te omne desiderabile oculoꝝ tuoꝝ. Et hoc est qđ dicit ps. Desideriū peccatoꝝ peribit. Hinc est q̄ ille diues in euangelio de omnib⁹ bonis hic relictis guttā aque nō poterat impetrare. Et hoc est qđ dicit ps. Dormierūt somnū suū ꝛc̄. Hinc Bern̄. In morte nō magnū aliq̄d nec puū: imo nihil oīno de oīb⁹ bonis hui⁹ seculi secū defertur⁹ est. hoc time ergo o homo q̄ in morte separandus

es ab omnibus bonis huius corporis. et q̄ tam dulce corporis ⁊ anime cōmertuz amarissimo secandū est diuorno. Secunduz iudiciū exercet deus in corpe ꝓpter delectabilium fruitionē. qz fm mensuram delectabilium: totum corpus penalitates ⁊ amaritudines sustinebit. quia quāto aliquid delicatius est nutritū: tanto impatiētius ⁊ grauius sustinet amara. Vnde Boetius li. ij. ꝓsa. ij. in de cōsolat. philos. Nisi ad nutum cuncta supperāt: omnis aduersitatis insolentia minima quisq̄ ꝓsternitur. adeo pexigua sunt que fortissimis summā beatitudinis detrahunt. Et ideo corpus q̄ hic delectabili⁹ fruebatur p mortis amaritudinez amarissime cruciatur. nihil de cetero gustans de oīb⁹ delectabilib⁹ que reliquit. Vnde Sapi. dic. Sicut moriē homo: sic moriūtur ⁊ illa delectabilia. qz corpore moriente secū oīa morientur. Hoc ergo iudiciū in hoc maxime ꝓsistit: vt quāto corpus delicati⁹ hic nutritur: tāto mortis amaritudinē graui⁹ sustinebit. Vnde in Apocal. dicit. Quātum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tantum date ei de tormentis. Tanto enī erit mors amarior: quāto vita fuit delicatior. adeo enīz mors est amara vt solū nomē mortis oīa viuentia abhorreāt. Vnde Eccli. xli. dicit. O mors q̄z amara est memoria tua homi pacem habenti in substātijs suis. O si mortis memoria est amara: quis cogitare poterit q̄z amarissima sit mors ipa? Vnde accidit illud miserabile q̄ saluator ex sola mortis imaginatōe et memoria quā in ꝓmo voluit sustinere sanguinē sudauit: vt habet Luc. xxij. Factus Ihesus in agonia ꝓlixius orabat. ⁊ factus est sudor eius tanq̄z gutte sanguinis decurrentis in terrā. Tertiū iudiciū exercet deus sup corpus ꝓpter turpiū ⁊ carnaliū imaginatiōem ꝓmittens nos laruales facies demonū grauiter inquietari: q̄ iusto dei iudicio agitur. tum qz eoz ꝓsuasionib⁹ sepe ꝓsensimus. tuz qz turpia sepe ⁊ carnalia fantasmata admisimus. vt sicut p demones peccauim⁹ eoz persuasionib⁹ ꝓsentiendo: sic etiam p demones torquemur. vt fiat q̄ scriptū est Sapiē. xj. Per q̄ quis peccat: p hec ⁊ torquet. Et hoc cōminat dns per ysa. xxxiij. Occurrent eis demonia onocētauri. ⁊ pilosus clamabit alter ad alterū. Sed q̄d clamabūt: hoc insinuat nobis Hieron. dicēs. Clamāt demones afferat afferat. infige verubo. impone male bullientibus caldaribo. De hoc triplici iudicio q̄ sup corpus agitur dic Hieron. Quis pudor erit o anima mea: cuz dimissis omnib⁹ quorum ꝓsentia tibi tam iocūda: tam grata? atq̄ eius: tuz familiaris cohabitatio: ecce primū iudiciū. durissima acerbitate multat: ecce secundū. sola egredieris in incognitā regionē: occursantia tibi cateruatim ruere deterrima illa monstra videbis. Quis tibi in die tante necessitatis occurret? Quis fuebitur tea rugientibus preparatis ad escam? quis cōsolabitur? quis deducet? ecce terciuz iudicium corporis. Secundū iudiciū iustaurat de? cōtra animā postq̄z est a corpore exalata. q̄ iusto dei iudicio agitur: eo q̄ nullū peccatū ꝓmittit ad q̄ ipsa anima prius voluntatē non dederit et cōsenſuz: dicēte Aug. Peccatū adeo voluntariū est q̄ si nō sit voluntariū: non sit peccatū. Vnde dicebat illa virgo. Si virginitatē mihi abstuleris: duplicabis mihi cōronaz. ⁊ ideo merito anima districtissime iudicat. Hoc autem iudiciuz contra animā triplici examine instaurat. scilicet in numero. pōdere: ⁊ mēsura. Sic enīz ait dom⁹ ysa. xxviij. Ponam iudicium in pondere ⁊ iusticiā in mensura. Item Sap. xj. Omnia in numero mēsura ⁊ pondere disposuisti. Primo ergo aīa dei iudicio ꝓsentata iudicat in numero. quia omnia peccata cogitatiōis. locutionis. operatiōis. vel cuiuscunq̄z alterius cōmissionis districtissime numerātur. Nec est peccatū licet minutissimū q̄ numerū hunc euadat. nec solum peccata sed ⁊ bona opera numerātur. vt malis pena bonis autem ꝓmia tribuātur. Sic enim dicitur Eccli. viij. Oīa que fiunt adducet deus ad iudicium. Item Hiere. xxxiij. Adhuc transibunt greges per manuz numerantis. Cui cōsonat apostolus. ij. Corinth. v. Omnes nos mānifestari oportz añ tribunal xpi vt referat vnusquisq̄z put gessit: siue bonū siue malū. Verū qz plena cognitio operz nostroruz ex solo numero haberi non potest. ne digna retributio bonis ⁊ malis nostris ex solo

numero poteſt haberi. ideo non ſoluz in numero: ſed etiã in pondere iudicamur. Hinc Beriñ. Qõ ſine numero eſt quõ numerabor: quomõ ſatiſfaciam cum cogar reddere vſqz ad nouiſſimũ quadrantẽ? C Secundum ergo iudiciũ contra animã in pondere inſtauraſ. Ponderanſ enim bona que fecimus ſi digna ſint retributõe eterna. mala q̃ cõmiſimus ſi digna ſint gehenna. ſi beneficiis dei gratiarũ actiõibus ſufficiẽter reſpondimus. ſi bona eius ad lucrũ debitũ poſuim9. ſi primos vt nos dileximus. ſi tempus bene expendimus. ⁊ ſm hoc põdus digna nobis retributio reponderaſ. Qõ beneſ veteri lege nobis inuiſ. vbi oĩa ponderare iubenſ q̃ ad ſanctuariũ prinebant. Hinc Ezo. xlj. dicit. Equalis ponderis erunt oĩa. Itẽ Prouer. xj. Equũ pondus volũtas eius. Hoc eñ põdus ad iuſtũ retributõis meritñ ſumme eſt neceſſariũ. Nam inter bona ⁊ bona: mala et mala nõ parua eſt diſtãtia. Aliud eñ opus eſt leuius: aliud graui9: cui oporter leuius ⁊ graui9 premiũ remetiri. Illis eniz malis q̃ tam grauia ſunt vt dimergãt ad inferna: iuſta retributiõe damnatio correſpondet. leuibus vo malis pena leuior ſcz purgatoriũ deputaſ. Similiter bona illa q̃ cuz magna gratitate conaminis et laboris dño exhibentur grauius ⁊ celeſtis regni premiũ cõſequanſ. illa que leuiter ⁊ ſine diligẽtia fiũt: pmia accipiant leuiora. Sic omnia peccata nra põderanſ que venialia. q̃ mortalia: que ex infirmitate: q̃ ex ignorãtia vel malicia ſint pmiſſa. vt recipiat vnuſquiſqz ſm aplm. put geſſit in corpore: ſiue bonũ ſiue maluz. De qua diſtricta retributiõe dicit Leuiti. Sicut fecit: ſic fiet ei. ⁊ qualẽ inflixit maculã: talẽ ſuſtinere cogetur. Ibi etiã ponderaſ ſi equuz pondus primis ſeruauerim9 quos eque vt nos tenemur diligere. ſicut in lege pcipitur vbi dicit. Juſtus ſit modius equuſqz ſextarius. ſi videlicz eos iudicauim9 ſicut nos volumus iudicari. ⁊ in malis nos iudicam9 ſicut illos. qõ raro ſeruatur ad regulã. Dicit enim Grego. Fit pleriqz vt ⁊ noſtra grauia leuiter: primoz leuia grauiter iudicemus. Qõ q̃z graue ſit apd deũ oſtendit in Prouerbi. vbi dicit. Pondus ⁊ pondus: meſura ⁊ menſura: vtriqz abominatio eſt apud deum. Ponderaſ etiam ſi peccatis noſtris iuſtum pondus ſatiſfactõis exoluim9. qõ ſi nõ fecimus: dicit nobis deus illud Paralip. Ego maius pondus apponã. D Tercio examinaſ anima in iudicio per meſurã. Ibi enim oĩa noſtra tam bona q̃z mala non ſolũ numerãtur: nõ ſolũ ponderanſ: ſed etiam menſurãtur q̃nto tempore peccauim9. ſi peccata ſint continuata: vel vſqz in cõſuetudinem plongata. vel ſi ex ſurreptiõe vel deliberatione ſint cõmiſſa. vtrũ tam longa vt pertigere valeãt ad infernũ. Similiter bona noſtra menſurãtur: vtrũ eis remetiri debeat regnũ dei. ſicqz cõtingit vt nobis pro bonis et malis equa menſura iuſte retributiõis ommibus remetiaſ. De hac meſura dicitur. ij. Reg. Menſus eſt Dauid duos funiculos. vnuz ad occidendũ: ⁊ aliuz ad viuificandũ. Quid p Dauid qui manu fortis niſi deus quid p funiculos niſi iuſta retributio boni ⁊ mali accipitur. p quã alĩ ad occidendũ: alĩ ad viuificandũ p iuſtã retributiõis regulaz menſurãtur. De hac menſura dicit Zacha. ij. Leuaui oculos meos ⁊ ecce vir: et in manu eius funiculus meſure. ⁊ dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Vt metiar hierlim quã ta ſit longitudo ⁊ latitudo eius. Vnd Luc. vj. Ea meſura qua meſi fueritis remetietur vobis. De hac triplici examie dicit Danie. Vane thetel phares. Et hec eſt interpratio eius. Vane numerauit deus regnum ⁊ hoc q̃ztum ad numerũ. thetel. i. appenſus es ĩ ſtatera q̃ztum ad pondus. phares inuentus es minus habens: ſcz per menſurã. O quanta ibi ad lucem pdeunt q̃ hic nunq̃z fuerũt ad memoriaz reuocata. o qnãta ibi apparẽt peccata que hic opa meritoria ſperabanſ. Qõ conſideras Job: ait. Verebar omnia opera mea. Qõ exponẽs Greg. dicit. Que aperte egerim video: ſed quid in bis latẽter pterierim ignoro. qz nra iuſticia ad diuine iuſticie examẽ deducta iniuſticia eſt. nulli eñ ſua iuſticia ſufficit. C Terciũ iudiciũ inſtaurat deus iudex iuſt9 ꝯ corp9 ⁊ aiaz ſm merita ⁊ debita in ſecundo iudicio iuenta diffinitiuã ſnam pmulgãdo. qõ pfigit cũ angelꝰ tubis ſonantibus in extremo iudicio mortui ſuſci

cantur: ⁊ ante tribunal iudicis congregãtur tũc due dant sententie. vna pro electis: ⁊ altera pro reprobis. Prima erit ista. Venite benedicti. Secũda Ite maledicti. Per primam sententiã electis ineffabilis gloria. per secundã reprobis interminabilis miseria adiudicatur. Est autem electoꝝ gloria ineffabilis propter tria. scilicꝫ propter omniũ bonorum generalem influentiã. totalem sufficiẽtiam. eternam ꝓmanentiaꝫ. Primo dico ꝓpter omniũ bonorũ generalem influentiaꝫ. quia dei patris: dei filij: dei spũssancti: omnium angelorũ ⁊ omniũ sanctorũ gloria in nos fluit. Hinc ꝓ ysa. lxij. dicit. Deliciis affluens ab oĩmoda gloria dei. Secũdo erit gloria ineffabilis propter totalẽ sufficientiã quia gloria que ab oĩbꝫ fluit: in nos totos fluit vt non sit dare punctũ in corpore ⁊ anima qõ non hac gloria repleat. Hinc iterum ysa. lxiij. dicitur. Deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue angusta erũt pre habitatoribus. ⁊ dicẽt in auribus tuis. angustatus est locus: fac spacium vt inhabitẽ. Tercio erit ineffabilis ꝓpter eternam ꝓmanentiam. quia lux perpetua lucebit sanctis suis. Sic ecõuerso reprobis erit ineffabilis miseria propter predicta tria scilicet ꝓpter generalem omniũ malorꝫ influentiã. totalẽ sufferentiam. ⁊ eternã ꝓmanentiam. Primo dico eorꝫ miseria erit ineffabilis ꝓpter omniuꝫ malorꝫ influentiã. Omne enim malum influit super eos. Qõ Deutro. xxviij. dñs cõminatur cum dic. Vniuersos languores ⁊ plagas que nõ sunt scripte in volumie legis inducet dñs super te. Secundo reprobꝫ miseria erit ineffabilis propter totalẽ sufferentiaꝫ. quia in toto corpore ⁊ in omnibꝫ membris pariter ⁊ in anima hãc miseriã sustinebunt. Tercio erit ineffabilis ꝓpter eternã ꝓmanentiã. Vnde ysa. Ignis eorũ non extinguetur. nec vermis eorũ morietur. F Sequit tercio principale. scꝫ sic enim fiet et tuũ. In quo ꝑmunimur ne ad taꝫ districtũ iudiciũ nisi optime muniti veniam⁹. Propter qõ sciendũ q̃ sunt tria genera exercitiorum. que huic districtõi misericorditer nos subducunt. scꝫ si nosmetipos in hac vita districte iudicamus: si offensas remittamus: ⁊ si iudiciũ ꝓximorũ declinam⁹. Naꝫ de primo dic̃ apls. Si nosmetipos diiudicabim⁹ non vtiqꝫ iudicamur. Berñ. Nihil aliud a nobis exigit deus. tãtuꝫ dicam⁹ iniquitates nostras ⁊ iustificabit nos gratis vt gra cõmendet. Diligit enim deus aiam q̃ sine intermissiõe diiudicat semetipam. idqꝫ iudicium nõ nisi ꝓpter nos a nobis exigit. quia si nosipos iudicamus nõ iudicabimur. Sed non facile quis credat iudicio suo. nec sufficit vt quis se iudicet sola lingua dicẽs. Ego me peccatorem iudico. me peccatorꝫ esse cognosco. Sed ad verum iudiciũ requirit̃ triplex testis: testante dño. In ore duorũ vel trium testiũ stet omne verbũ. scꝫ testis cordis ꝓfunde contritiõis. testis oris fidelis cõfessionis. testis operis cõmensurate satisfactionis. ⁊ hoc iudiciũ a nobis exigit deus: in eo q̃ dicit Johan. vij. Nolite ꝑm faciẽ iudicare: sed iustũ iudiciũ iudicate. Q si vnus illoꝝ testiũ defuerit: dicit nobis de illud Sapiẽ. vj. Nõ recte iudicastis. Secundũ qõ huic districto iudicio nos subducit est inuriaruꝫ siue offensionũ remissio. per qõ supra moduꝫ dominũ placamus. Vnde Luc. vj. Dimittite ⁊ dimittemini. Item Mat. Si dimiseritis hominibꝫ peccata eorꝫ: dimittet vobis celestis pater delicta vestra. qõ si nõ dimiseritis: nec pater celestis dimittet vobis peccata vestra. Eccli. Relinq̃ ꝓximo tuo nocenti te ⁊ tunc deꝑcanti tibi peccata soluent̃. Terciũ est vt ꝓximũ nostrũ de malis nõ iudicemus. Hinc dñs. Nolite iudicare vt nõ iudicemini. in quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Si ergo hec tria exercitia tanctꝫ tres nuncios ꝑmittim⁹: pacem nobis impetrãt vt misericorditer iudicemur. Pre stante domio ⁊c.

CLII. De sancto Martino. ſmo. j.

O Culis ac manibus in celũ semp intẽt⁹. Verba sunt ecclesie beatũ Martinũ de vite sanctitate ꝓmẽdãtis: dicẽte Greg. Sãctoꝝ exẽpla aĩos audiẽtiũ accendũt vt videant q̃ ab eis fortia facta sunt ⁊ valde sibi indignant̃ piter ⁊ humiliant̃ q̃ talia nõ imitantur. G Verba ergo proposita maximã

sanctitatem glorioſi huius principis nobis inſinuāt, ꝓpter quam nobis vermiculis vilibus merito indignamur, que ideo deuotioni audientiū, ꝓponim⁹: vt ꝑ hoc vtrūq; conemur erigere caput: ⁊ reprandendo tenuiter imitari. Qd qō faciendum verba ꝓpoſita primo exponamus: vt cognito intellectu verborum ſciamus quomō ipſum imitemur. Sancta ergo eccleſia cōmendat ſanctum Martinuz q̄ oculis ac manibus ſemp fuerit intentus in celum. Per oculos autem deuotiōem et intentionē accipimus. per manuz autē operationem. Nam de oculo deuotiōis dicitur in Cantic. Vulneraſti cor meū ſoror mea in vno oculoꝝ tuorum. hoc eſt in oculo deuotionis. De oculo vo intentiōis dicitur Mat. ⁊ Luc. Si oculus tuus ſimpleꝛ fuerit: totū corpus lucidum erit. quia ab intentiōe omnia opa nra tenebroſa vl'etiā luminoſa iudicantur. Quicqd enim agant homīes intētio iudicat omnes. q̄ etiam per manū operatio deſignetur: dicēte Grego. Quid per manū niſi operatio deſignatur. Eſt ergo ſenſus ꝓpoſiti thematis. Beatus Martin⁹ tota deuotiōe in celo verſabatur: ⁊ cum hoc per intentionez omnia ſua opera in celuz ſimiliter ordinabat: vt nihil vnq̄ ꝓpter ſe: ꝓpter homines: propter mundū faceret: ſed omnia propter deuz. Sic breuiter patz quomō iſte ſanctus oculis ac manibus ſemp fuerit intentus in celū. Cui ſimile eſt illud qō de ceteris cōfeſſoribꝫ dicit. Iſte ſanct⁹ digne vrnitur in memoriam hoīm ⁊c. vſq; cogitatiōe ⁊ auiditate in illa eterna patria cōuerſatus. Qō enim hic dicitur oculis ac manibꝫ: hoc illis dicitur cogitatiōe ⁊ auiditate. Expoſitis ergo p̄dictis verbis nunc ꝓponenduz eſt quomō ipſum imitari debeamus: vt ſi gloria eius participes eſſe cupim⁹ viaz per quā venitur ad gloriam non recuſem⁹: vt ⁊ nos poſſimus gloriari in domīo: dicentes. Oculi mei ſemper ad dominū ⁊c. Verum q⁹ nemo repente fit ſummus: nec ſine quibuſdā mediis oculos noſtros ſemper in celo tenere poſſumus. ideo oculi noſtri in inferioribꝫ iſtis acuendi ⁊ aſſuefaciēdi ſunt: vt tandem aliquādo ipſos tanq̄ quibuſdam gradibus (duce gratia) ad deum ſemper erigere valeamus. Primo ergo oculos noſtros cum manibus. i. deuotiōem noſtram ⁊ intētionem ⁊ omnē operatiōem retro nos dirigamus. ſecundo ante nos ꝓſpiciamus. tercio infra nos videamus. quarto intra nos inſpiciamus. quinto a dextris ⁊ ſiniſtris circūſpiciamus. ſexto ad celum oculos erigam⁹. ſeptimo oculos ipſi deo quātum poſſum⁹ infigamus. Hec ꝓſequentes per ordinē primo oculos noſtros poſt tergum ſuper mala que cōmiſimus reflectam⁹ deuotiōem profunde penitentie cum intentiōe ⁊ operatione in ſatiſfactionis ſacrificiū offerentes. Cito enim proficimus ſi exercitijs noſtris rectum ordinem imponam⁹. qō facere monemur Leuiti. Juſte qō iuſtuz eſt exequaris. taliter hec agentes vt ante omnia per oculū deuotiōis penitreamus: cōſiderātes intimo dolore que qualia ⁊ quāta ſint cōmiſſa. ⁊ tunc per oculum intentiōis omnia noſtra opera in ſatiſfactionem taliū iuſto ordine dirigamus: ita vt ſi fieri poterit ſingulis peccatis ſingulas deuotiones penitētie tribuamus. Qō faciebat Hieremias cum peccata populi deplorabat: dicens. Diuiſiones aquarum deduxit oculus me⁹. Quod exponēs Grego. dicit. Diuiſas quippe ex oculis lachrymas deducimus: cuz ſingulis peccatis diſpartitas lachrymas damus. Hunc reſpectū iuſte figuratuz legimus Exo. xiiij. vbi dicit. Egrediētes filij iſrahel de egypto leuauerūt oculos ſuos et viderunt egyptios poſt ſe et timuerūt valde. clamauerūtq; in celuz. Per egyptios enim qui tenebre interpretātur ſignant peccata. que cum tot ⁊ tanta videm⁹ nos inſequi: merito timemus ⁊ clamamus ad dominū. Hunc ergo reſpectū tam diu cōtinuemus: quouſq; domin⁹ miſertus noſtri dicat nobis illud yſa. Ego deleui vt nubes iniq̄tates tuas: ⁊ quaſi nebula peccata tua. Sed quid ꝓdeſt remiſſio peccatoꝝ: niſi detur nobis gratia cōtinendi? Secundo ergo oculos cum manibus ante nos in dei iudicium dirigamus: cogitātes q̄ diſtricte pro peccatis ſingulis ⁊ maxime poſt remiſſionē iteratis a deo iudice iudicam⁹ q̄ in numero pōderez mēſura oīa exoluere nos oportz Eccl. xij. De oī errato adduz te de⁹ ad iudiciū

Q si aperis oculis videremus: peccata cū summa diligentia caueremus. Quis enim nisi mētis inops a iudeo mutuaret obulum vt in breui pro eo redderet marcā auri: aut quis pro delectatōe momētanea penam longissimaz z cum hoc grauissimaz sustineret? Hinc Sapiens. Minimū pro magno placeat tibi: ac si dicat. Minima pena in resistē do placeat tibi pro magno. i. plusq̄ magna pena in luendo. Cum ergo vicijs z iam dimissis peccatis iteꝝ impugnamur: psensus nostros fortiter teneamus: dirigentes oculos cum manibus ante nos ad dei iudiciuz arcq̄ dicentes illud Apli. Horrenduz est incidere in manus dei viuentis. Q si postea daretur iterū gratia penitendi: multo tamē facilius caueturpeccatuz q̄ emendet. oportet enim hominē per multa trabi antecq̄ peccatū penitus destruat. Propterea Ambros. dicit. Facili? inueni eos qui innocentiā seruauerunt q̄ qui dignam penitentiā egerūt. Tanta enim mala incurrimus ex peccato q̄ raro vnq̄ ad plenū emendātur. Nō figuratum legim? in veteri testamēto. quia licet templū domini post primā destructiōem fuisset sepius reparatū: nunq̄ tamē fuit ad decorem pristinū reformatū. Ceteruz quia post peccatorū emendationē z post eorūdem cessationem iam inter amicos dei incipim? cōputari: ideo necesse est vt in signuz eiusdem amicicie ꝛcipiam? a dño tāq̄ filij charissimi flagellari. Sic em̄ angelus dixit ad Thobiam. xij. Quia acceptus eras a domīo: necesse fuit vt temptatio ꝓbaret te. Et de Abraham dicit Judith. viij. Abraham per multas tribulatiōes ꝓbatus: amicus dei factus est. Et ideo vt hic dñi flagella virtuose z cū patientia sufferamus: necesse est vt oculos iterū alibi inflectam?. ¶ Tercio ergo oculos cuz manibus infra nos in infernū cū multa sollicitudine dirigamus. vt si amara videātur flagella dñi: cogitem? melius est vt hic castigem̄ q̄ in inferno eternaliter dāmnemur. dicentesq̄ in singulis flagellis illō Judith. viij. Omnes qui temptatōes non susceperūt cū timore domī extermiati sunt. Non ergo vlciscamur nos pro his que patimur: sed reputātes peccatis nostris hec ipsa minora esse supplicia flagella dñi: quasi seruui domini qui corripimur: ad emendationē non ad perditiōem: misericordiam euenisse credamus. Qui enim vt ait Job. vj. timet pruinaz irruet super eum nix. Cum ergo flagellamur a domio: dirigamus oculos cum manibus infra nos ad penas inferni: dicentes cum gaudio. Melius est hic purgari q̄ illic eternaliter cruciari. Ipsa enim flagella certum dant indiciū q̄ inferni supplicia eua dem?. Quia vt ait ꝓpheta. non cōsurget duplex tribulatio. Dicetq̄ nobis deus. Affligite z non affligam te vltra. Hostis autem noster dyabolus videns nos per peccatorum remissionem et per eorum cessationem patriterq̄ per domini flagellatōnem non solum erutos a sua potestate: sed longe ab eo alienatos: acrius incipit nobis insistere: instauans contra nos oīa huius mūdi delectabilia. per que tanq̄ per machinas fortissime nos impugnat: imittens nobis tales z simi les intoxicatas īmissiones. quid facis z presentem vitam vis perdere z futurā?. Quarto ergo oculis ac manibus totum hunc mūdum cum suis appendicijs cōspiciam?: caute estimātes quid omnia que mūdi sunt habita proficiāt: quid nō habita nocent. z inuenim? q̄ habita nocent plurimuz quia dei amiciciā perdim?: z per cōsequens omne bonum: dic. Jaco. iiij. Qui vult amic? esse huius seculi inimicus dei cōstituit. Inimicos autem eius deus percutit in posteriora z opprobrium sempiternuz dabit eis. vt ait ps. Spreta autem ꝓpter deum multum proficiunt. q̄ ꝓ eis nobis omne bonū cōmutat: domino ꝓmittente Isai xix. Omnis qui reliquerit fratrem z sorores: patrē z matrē: domos aut agros ꝓpter nomen meū: centu. acci. z vitā eter. possi. Hō exponens Augusti. dicit. O felix cōmutatio. petr? reliquit omnia vana z accepit oīa bona. Nam de his vanis dicit Salomon Eccli. j. Vidi cūcta sub sole z ecce vniuersa vanitas. Q autem pro his acceperit oīa bona facile ostendit. quia accepit deuz in quo est veraciter omne bonum. Quam cōmutationez si vt vere est luculenter perspicim?: facile cōtemnim? vniuersa saltim iudicio rationis. Et licz homo ex

hac consideratiõe luce clarius videat omnia que mundi sunt penitus cõtemnenda tanq̃ vilia: inutilia: ꝛ omino pniciosa. interiorꝫ tñ affectio difficilime abstrahit ab eisdez. ideo oculi cum manibꝫ. i. deuotio: intentio: ꝛ omnis nostra opatio intra nos est dirigẽda. vt interior noster homo ab hac viscosa ꝛ luculẽta materia abstrahat. ¶ Quito ergo oculi cũ manibꝫ intra nos diriganꝫ: diligẽter cõsiderantes vbi interiora nostra iaceãt vbi sordeãt. ꝛ inuenimus q̃ etiam peccatis expulsis adhuc reliquiarũ viscositas multũ hæret. Dicit enim Bernñ. Huiusmodi pestes vicioꝝ vsq̃ in vltima sollicitudine solitariũ persequũtur. ꝛ nisi pinaci studio expugnata fuerint leniri possunt: sed vinci vix possunt. ꝛ quõcũq̃ cõponat se animus hæret. ꝛ in q̃uis solitudine secretuz et silentiũ cordis esse non patit. cui quo maiorẽ cõtingit inesse cõsuetudinis vsuz: eo nequior ꝛ rebellior inuenitur. Ergo homo introrsuz ingrediẽs potẽtias anime ex male ꝓsuetudinis vsu depꝛauatas: ꝛ ad hec terrena apperẽda pessime incuruatas erigat ꝛ corrigat. Nam ratiõem q̃ data est homini vt deũ cognoscat inuenit cecam. voluntatẽ que data est homĩ vt cognitum amaret inuenit incuruatã. memoriaz q̃ data est homĩ vt in cognito ꝛ amato dulciter requiesceret inuenit instabilẽ et inquietã. Erigat ergo homo rationẽ ad deñ vt eũ semper cogitet. corrigat voluntatez vt solũ deuz cognitũ amet. cõpescat memoriã a vagis vt in deo discat tandẽ aliq̃n stabiliri. Unde potentie taliter vt dictũ est repate: cito recuperant ꝓ modo amoris quẽ habẽt ad deñ que cũq̃ auerse a dño perdiderũt. Uerũ qz difficilime vt dictũ est a terrenis hꝫ potẽtie auellunt: nisi ostendat eis aliq̃d meliꝰ quo se cõuertant ꝛ cui ꝓmouẽte gratia inhereant: idcirco iterũ erigendi sunt oculi cũ manibꝫ ad diuina. qz vt dicit Bernñ. Justũ est vt quos p̃sentia nõ delectãt p̃sto sit eis memoria futuroꝝ. ꝛ qui de rerũ affluẽtia despiciũt consolari: recordatio illos delectet etñitatis. qa nequaq̃ sine amore anime eẽ poterunt. Dicit eñ Greg. Anima sine delectatiõe esse non poterit. aut enim delectabit in infimis ꝛ caret supnis. aut in summis ꝛ infima tũc cõtemnit. ¶ Certo ergo erigam? oculos cum manibꝫ ad supna: cõuersatiõem nostrã habentes in celo ꝛ hereditatẽ nostrã a longe salutãtes. qd̃ facere monemur Geñ. iij. vbi dicit. Leua oculos tuos in directũ ad orientem ꝛ occidentẽ. ad aquilonẽ ꝛ meridiẽ. omnem terrã quã cõspicis tibi dabo. qd̃ reuera solũmodo cogitatuz posset corda durissima inflãmare q̃ nos viles vermiculi tam gloriosam hereditatẽ in eternũ in omniũ bonoꝝ abundãtia possidendã aliq̃n possidemus. ꝛ ideo ꝓpter hanc copiã omniũ bonoꝝ in hac pegrinatiõe solo corpore cõstituti: sola cogitatione ꝛ auiditate deberemus in illa eterna patria cõtinue ꝓuersari. Et hoc hortat apostolus Colos. iij. dicens. Que sursum sunt querite. vbi christus est in dextra dei sedens que sursum sunt sapite: nõ que sunt sup terram. Hinc Bernñ. Arcũite ꝛ vos dilectissime anime sedes supnas ꝛ multas que in domo patris sunt mansiões humiliter prosternentes corda vestra ante thronũ dei ꝛ agni: supplicantes p̃celsis ordinibus angeloꝝ. patriarcharũ cuneos. numerũ ꝓphetarũ. senatum apostolicũ salutãtes. suspicientes coronas martyrũ. chꝛos virginũ admirantes ꝛ quãtum ꝓualet infirmitas cordis erigentes auditũ. Septimo magni sancti adhuc altius erigunt visum suũ. cõtemplatiõnẽ suam quãtum humane fragilitati possibile est in ipm deum dirigentes. Ad qd̃ faciendũ et si interduz admittitur: rarissime tñ fit illud: ꝛ hoc ipm q̃si ad punctũ accidit viris sanctissimis ꝛ pfectis. nec tñ adhuc in ipsuz deũ hoc est in ipam vim diuine essentie pringũt: dicente Job. Sapiẽtia diuina abscondita est ab oculis omniũ viuentiũ. Cui cõsonat illud j. Johã. iij. Deũ nemo vidit vnq̃. Quanq̃ tamẽ veteris testamẽti patres referãt deũ crebrius se vidisse. Dicit enim Jacob Geñ. xxxij. Uidi dñm facie ad faciẽ. Itẽ Job vlt. Auditu auris audiui te: nunc autẽ oculꝰ meus videt te. Uidit ysa. qui ait. c. vj. Uidi dominũ sedentẽ sup solũ excelsuz. Quã ꝓuersiã p distinctiõez Greg. determinat: ita dicit. Quid est q̃ patres veteris testamenti deũ se vidisse testati sunt. cũ tñ dicat Johã. deũ nemo vidit vnq̃. nisi hoc q̃ pateret dat

intelligi. qz q̄diu hic mortaliter viuit: videri per quasdā imagines deus potest. sed per ipaz nature sue speciē nō potest. vt aīa p gratiam spūssancti afflata: p figuras quasdā deum videat. sed ad ipaz vim ei⁹ essentie nō pungat. Hinc Bern̄. Quicqd de dei visione fidelibꝫ hic impartit: speculū est & enygmatantū distās a futura vita quātuz a veritate fides: tēpus ab eternitate. & hoc ip̄m breuiter & raptim. Nō bene Job xvj. insinuat: dicens. Ad deū stillat ocul⁹ meus. Nam noīe stille modicitatē & raritatē hui⁹ cōtemplationis insinuat. Quid g̃ agendū sit in hui⁹ cō templatōis difficultate: docet Bern̄. dicēs. Hi qui soli deo vacāt ꝑsiderāt quid sit deus in mūdo: quid in hoīnibꝫ: quid in angelis: quid in seipo: quid in reprobis. Est em̄ mūdi rector & gubernator. hoīm benefactor & liberator. angelor⁹ sapor & decor. in seipo principiū & finis. i reprobis terror & horror. Est g̃ in creaturis mirabilis. in hominibꝫ amabilis. in angelis desiderabilis. in seipo incōprehēsibilis. in reprobis intolerabilis. Si ergo his septē ꝑsideratōibꝫ oculis deuotōis & intentōis cū manibꝫ opatōem intēti fideliter fuerimus: vitā nostrā ducimus ad pfectum. Hec ergo circūspectio p̄figurata legitur Ezechi. vbi dicit de sanctis animālibꝫ. q̄ erāt plena oculis ante & retro. Nō exponēs Greg. di. Corpa sanctor⁹ aīaliū idcirco plena oculis describunt: q⁹ sanctor⁹ actio ab omni pte circūspecta est bona desiderabilr̄ puidens: mala solerter cauēs. Caute ergo inuigilant vt se vndiqz aspiciāt. vbiqz custodiāt aut ne mala ꝓterea ipa appetāt: aut hec ea dem sub specie bonor⁹ agāt: aut seuitia virtutes mentiant. De his septē circūspectiōibꝫ adhuc dicit Zacha. vj. Septē oculi erāt super lapidem vnū.

CLIII. De eodem sermo. ij.

Martinus. Dicit Greg. Martyres esse possum⁹ etiā si nullo pcutientiū ferro trucidamur. Nō nō solū huius autoritatis insinuatōe: ꝫ & glorioſi istius ꝓfessoris nomis interp̄tatōe cognoscim⁹ euidēter. Dicit em̄ Martinus q̄si martyr vnus. q⁹ cuz cōfessor fuerit & tm̄ martyr dicit: quid aliud nobis innuitur nisi q̄ sine effusiōe sanguinis meritum martyrij cōsequi possum⁹ apud deum: Cū ecclesia de isto ꝓfessore cātat. O sanctissima aīa: quā & si gladius ꝓsecutoris nō abstulit: tm̄ palmā martyrij nō amisit. Quibus aūt exercitijs hoc possit fieri: sciendum q̄ tres habit⁹ rez possidet oīs homo. s. res. corpus. & animā. quoz tria supma exercitia vero martyrio equipollēt. Sūt em̄ istorum supma exercitia tā difficilia: tā ardua: tam supī modū laboriosa. vt sanguinē quem martyres effuderūt gladio: macie squalore & inedia attenuēt & ꝓsumēt. Hec p ordinez ꝓsequētes: primo dico q̄ supmū exercitiuz q̄ō per res & in rebus deo possumus exhibere: cōsistit in plena omniū rez & pfectissima denudatiōe. vt videlicet pmpta voluntate & opis veritate oīa bona tpalia plene et pfecte & integre relinquam⁹: nudi nudū xp̄m fideliter imitātes. vt cū attestatōe cōscientie dicere possim⁹ cū ap̄lo. Ecce nos reliquim⁹ oīa & secuti sumus te. vere pauperati cū affectu et effectu nos toraliter imergentes. Hanc aūt pauperatez tribꝫ appēdicijs veraciter ꝓsoluemus. s. in ꝓfunda cordis hūilitate. despecta & abominabili cōtemptibilitate. dura & aspera penalitate. De primo scz humilitate monet nos dñs Eccl. vij. Hūilia valde spm̄ tuum. q⁹ de hūilitate tanqz de radice pullulat omne bonū. Omnes em̄ qui vnqz deo placuerūt sūt eius grāz p hūilitatē ꝓsecuti quā ipse de⁹ qui omniū sanctor⁹ suor⁹ decor est et gloria: in seipo discipulis suis & in illis ꝓposuit nobis: dicēs. Discite a me q⁹ mitis sum & hūilis corde. Quod exponens Bern̄. dic. Sublimis est deus sed nō ita tibi ꝓponitur sed eius hūilitas in imitatōis nobis ꝓponitur exemplū. Si em̄ seip̄m nobis in sua sublimitate ꝓponeret: quis eū taliter posset imitari? Scz nihil nobis facilius q̄z sequi ip̄m in hūilitate. maxime cū omnia nostra q̄ taz in affectibꝫ q̄z in defectibꝫ & etiā in effectibus habemus: ad hūilitatis nobis virtutē penitus obsequant. Seq̄mur ergo deū in humilitate quē nec in sanctitate nec in charitate sequi possumus. seq̄mur eū in his in quibꝫ facilime possumus. i. in suis hūilibus: quez in

suis sublimibus sequi non possum?. hoc em̃ est sibi placidissimũ et nobis facilimũ. Dic Berñ. Insan? est ⁊ insipiẽs quicũq; in aliis vite meritis cõfidit. Secundo vera paupras non soluz consistit in pfunda humilitate: sed etiam in contemptibilitate. Omnes enim pauperes non solum ab extraneis verũ etiam ab amicis contemnũtur. Sic em̃ dicit in ꝓuerbi. xiiij. Etiã primo suo pauper odiosus erit. Idez xix. Diuitie addũt amicos plurimos. a paupere autem hi quos habet separãt nr. vt veraciter dici possit. Factus sum tanq; vas pditum: quoniã audiui vitu peratiõem multorum cõmorantiũ in circũitu. Hinc Eccli. xiij. Saup locutus est ⁊ dicũt: quis est hic: Tercio vera paupertas cõsistit in penalitate Vultas euiz penas pauperes sustinent taz in victus tenuitate: q; etiam in nuditate et in cordis anxietate: per quas penas sanguis quem alij martyres effundũt gladio in pauperibus squaloze ⁊ inedia euanescit. Predicta ergo tria: scilicz humilitas: cõtemptibilitas: ⁊ penalitas pauperes christi castigant ⁊ efficiũt: vt merito eoz vita martyrij compẽ set. ¶ Et quia pdicta voluntarie perpessa supra modũ ardua sunt ⁊ difficilia minuz valde: ideo tribus pciosissimis remunerat eos deus. Nam propter humilitatez in pseuti per gratiaz sanctificamur. propter cõtemptibilitatem vo assessores in iudicio sublimamur. propter penalitatẽ aũt in celo eternal'r glorificamur. Q. aũt ꝓpter hũilitatem in pseuti per gratiaz collatõem sanctificemur: dicit dom̃n? per ysa. Ad quez respiciam: scilicet cõferendo gratiam: nisi ad humilẽ ⁊ trementẽ sermones meos. Hinc Jaco. iiij. Deus superbis resistit. humilibꝰ autem dat gratiã. Secundo ꝓpter cõtemptibilitatẽ assessores in iudicio sublimamur. vnde damnati in inferno videntes eos in iudicio in tanta dignitate sublimatos: dicunt illud Sapiẽ. v. Hi sunt quos aliq̃n habuimus in derisum ⁊ in similitudinẽ impropertij. nos insensati vitam illoz estimamamus insaniam. ⁊ finez illoz sine honore. ecce quo modo cõputati sunt inter filios dei. et inter sanctos sors illorũ est. Hinc. j. Reg. ij. dicitur. Suscitans de puluere egenũ ⁊ de stercore erigens pauperẽ: vt sedeat cum principibus ⁊ solium glorie teneat. Hinc Luc. dicitur. Vos qui reliquistis oia ⁊ secuti estis me: sedebitis sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israhel. Tercio ꝓpter penalitatẽ eternaliter glorificamur. quod p ysa. pmittit nobis deus: dicẽs. Pro eo q; fuisti derelicta et odio habita: nec fuit qui ꝑ te transiret: ponam te in superbiã seculoz: gaudium in generatiõem ⁊ generationẽ. Hinc Mat. Amen dico vobis q; vos qui reliquistis omnia ⁊c. vsq; ⁊ vitam eternã possi. Q. autem talis paupras pro martyrio cõputetur expresse insinuat nobis deus Mat. vbi idem premiũ scilicet regnũ celorũ martyribꝰ ⁊ pauperibus pmittit: dicens. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnuz celorum. Et iterũ. Beati qui psecutionẽ patiuntur ⁊c. Qõ exponens Berñ. dicit. Quid sibi vult q; eadem pmissio facta est pauperibus ⁊ martyribꝰ: nisi quia vere martyrij genus est voluntaria paupertas? Quid em̃ mirabilius est aut qõ martyriũ grauius q; inter epulas esurire. inter vestes pciosas algere. paupate ꝑmi inter diuitias quas offert mundus. ostẽtat malignus: quas noster desiderat appetitus? Idem. Nõne velut inter duas mensas positi epulãtes hinc inde spectamus ieiuni sic sumus: omino sic sumus? Unde ergo sic positis risus? vnde ioc? vnde leuitas? an forte non cognoscimus mensas: non cõsideramus fercula: delitias non videm̃? Ecce hinc inde sunt quos video delitiose viuentes in oibus bonis sensibilibus hui? mundi. Inde cõtemploz alios quibus dispposuit christ? regnũ patris: vt edant ⁊ bibãt sup mensaz ei? i regno patris. Utro biq; video similes mei hoies et fratres meos. ⁊ heu me ad neutruz licet extendere manum. ab vtraq; mensa. phibeoz. ab hac quidem professiõis. ab illa quidez corporis vinculo. vt nec ad inferiorẽ audeam: nec ad superiorem accedere queaz. Sicq; patet q; vera ratiõe ⁊ rationabili veritate voluntaria paupras pro martyrio computet. Q

Secundus rerum habitus est corpus. de quo iterũ deo martyriũ offerim? si eius dis-

ficilia dño exhibemus. Eius autem difficilima consistit in eiusdem corporis afflictione: vt videlicz talis ac tanta sit corporis afflictio q corpus attenuet. faciem pallore exterminet. quotidiana afflictõe ĩ ara cordis sanguinem fundat. Hoc autem martyriuz triplici exercitio domo exhibetur. scilicet omnium consolationũ abdicatiõe. peuali afflictione. arduorũ aggressione. Primo dico qui corporali exercitio martyriũ recõpensare desiderat: longe a se faciat omne qd delectat. et omne qd ẽm seculum vel carnem desiderat: per omia cauet z declinet. Et hoc est qd hortatur nos apostol9 Roma. viij. dicens. Nõ in comessatiõibus z ebrietatibus. non in cubilibus z pudicitijs. non in cõtentõe z emulatione: sed induimini dominũ Jesum christum. Glo. i. puersationẽ domini nostri Jesu christi: qui omnẽ voluptatem z carnis delectationem penitus declinauit. Et sequitur in predicta auctoritate apostoli. Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Grego. Ecce nulli nostrũ in hoc tempe dicit domin9: pro me morere. sed illicita tantũmodo vite desidera occide. Hinc Bernũ. Impone cõcupiscentie freenuz. z propter deuz respue qd delectat. omniaq blandimẽta que occulta voluptate animũ trahunt reijce vt venenuz. z hoc ad martyriuz spirituale confert multuz valde. Secundũ per quod martyriũ recompensatur cõsistit in penali afflictiõe. vt videlicet semper aliquid in nobis habeamus qd mordeat. qd afficiat. quod pugnat. qd dolorem sensui nostro ingerat. vt qd acuto dolore z acerba passione non cruciet: saltem diuturnitate molestet. vt simus de numero eorum de quib9 dicit apostol9 Hebre. xj. Sãcti ludibria z verbera experti sunt. insuper et vincula z car. la. sunt sec. sunt: temp. sunt: in occi. gla. mor. sunt. Notabilius autez eis q ia dicta sunt q in occisiõe gladij mortui sũt z alijs generibus tormentorũ sanguinẽ effuderunt: subiũgit eos qui corporali afflictione effusionez sanguinis recompẽsabant: dicens. Circũierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati. afflicti. quib9 dignus non erat mũdus. in solitudinibus errantes z in spẽluncis et in cauernis terre. et hi omnes testimõio fidei probati sunt. ac si dicat. Hi omnes sicut z primi premiũ sunt martyrij consecuti. qd z ipe apostol9 transfigurauit in se. j. Corint. iiij. dic. Usqz in hãc horam esurimus. sitimus. nudi sumus. colaphis cedimur. z instabiles sumus. z laboramus manibus nostris operãtes. persecutionez patimur z sustinem9. blasphemamur z obsecramus tanqz purgamẽta huius mundi: facti sum9 omniũ peripsima vsqz adhuc. Et quibus animati z nos super mũnẽ cursum status nostri qui desunt persecutores q sanguinem fundnut singulares dolores qui nos conterãt afficiant z crucient singuli singulariter assumamus. Q si pusillanimitate nostra prepediti vitam nostram hoc martyrio non signauimus quin statu cõtenti vt nos aliquo predictorũ dolorum voluntarie affligamus: saltez eos dolores quibus nos dominus affligit nisi reprobi simus nullatenus recusemus. sed cum omni gratiarũacti one ea que de singulari dei gratia pueniunt nobis suscipiamus. Omnes enim christi cõfessores quãtumcũqz sancti: quãtumqz dilecti super cõmunẽ sanctitatis sue statum singuli singulariter sunt afflicti. Nec mirũ. qnto enim amplius diligũtur: tanto crebrius z durius affligũtur. Unde Judith. Omnes qui deo placuerũt per multas tribulatõnes fideles transierũt. Item Prouerbi. Quez enim diligit domin9 corripit: et quasi pater in filio cõplacet sibi. Et cur hoc est. quia purgat puluerem z auget gloriã in futuro. Hã de primo dicit Grego. Quod flagellũ grano: qd fornax auro: quod lima ferro: hoc facit tribulatio viro iusto. De secũdo dic apostolus Corint. Id qd est momentaneñ z leue tribulationis: supra modũ in sublimitatem eternuz pondus glorie operat in nobis Hinc est qd de sancto Gregorio legit. Lentis quidem sed iugibus estuabat febrib9 podagre: necnon sincopis pulsabatur incõmodis. Item Bernard9 de seipso dicit. Infirmitas mea pausandũ mihi indicit sicut sepe facit. Sed quid ego? In flagella parat9 suz sciens me adhuc longe recipere in patria meritis. Flapulem plane: vapulẽ vt male operans: si forte verbera in merita computent.

¶ Tercio quod cõfessoribus sanctis accedit ad corporalem afflictiõem cõsistit in difficilium ⁊ arduorum operatiõe. vt non mollia. non leuia que domio solent nauseã prouocare: sed fortia aggrediãtur. quam formã verissime in vitis patrũ inuenim⁹ expressam. qui triduano vel quatriduano ieiunio se afficerunt. ⁊ in orationibus frequẽter pnoctabant. qđ tamen pcipue de salutore legim⁹ qui operabat vt gygas ad currendũ viam suam. qui oĩa que agebat fecit ⁊ pfecit in supremo. Unde sepe de eo legitur q̃ erat pnoctans in oratiõe. ¶ De hoc exercitio monemur Josue: vbi dicit. Ald montana cõscendite. per mõtana ardua ⁊ difficilia volens intelligi. De quo saluator Mat. Cõtendite intrare per angustã portam. Fortissima autez indiget contentiõe qui in arduis exercitijs et difficilibus semper desiderat cõuersari: que scilicet cõuersatio adeo est angusta q̃ pauci in ea ambulãt sicut debent. ¶ Hec difficultas pfigurata legitur. j. Regũ. xiij. vbi dicitur Ascendit Jonathas reptans manibus ⁊ pedibus. Necesse est enim vt oĩ conatu ⁊ omnium membrorũ certamine hec difficilia opera pagant. De hoc genere martyrij corpalis exercitij dicit Bernñ. Est martyrij genus ⁊ effusio quedã sanguinis in quotidiana corporis afflictione. sic quippe infirmis et pusillis corde necesse est vt quẽ semel pro christo ponere nõ sufficiũt: minori ß diuturniori martyrio sanguinẽ fundant. qđ quãtum minus habet de acuta passione: tantum plus habet de continuatiõe. ⁊ sic longitudine recuperat amaritudo. ¶ Hinc Greg. ¶ Habet pax nostra martyrium suum. quia ⁊ si carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria mẽte trucidam⁹. Itẽ Bernñ. Genus martyrij est spiritu facta carnis mortificare. illo nimirum quo membra cedũtur ferro: horrore mitius sed diuturnitate molestius. ¶ Tercio rerum habitus est de anima: de qua iterũ martyrium deo offerim⁹ si eius difficiliora domio exhibemus. Eius autem difficilima consistũt in tribus. scilicz in inimicorũ dilatione. cõtumeliarum patienti perpessiõe. ⁊ subtracte gratie dilatione. ¶ Primo dico ab aĩa nostra martyriñ deo offerimus si eos qui nos persequũtur diligimus propter deum. Diligere autem inimicũ q̃tum ad affectũ est necessitatis: ⁊ cadit sub pcepto. q̃tum autem ad operis effectum est consiliũ. quia inimicis velle bonũ gratiaz et gloriam est necessitatis. exhibere autez illi signa amicicie est cõsilij et perfectiõis. Unde cum Mat. v. diceret domin⁹. diligite inimicos vestros: pcepit affectũ cordis. Cum autez subiũgit. benefacite his qui oderũt vos: cõsuluit effectum. ¶ Hec tamẽ beneficia siue signa dilectiõis etiam inimicis in cõmuni exhibenda sunt de necessitate. puta cũ aliquis orat pro omnibus fidelibus. vel cum quis alicui cõmunitati impendit aliqđ beneficium: in talibus beneficijs nõ est excludẽdus inimicus. qui si excluderet hoc fieret ex liuore vindicte qđ esset vtiq̃ cõtra charitatem ⁊ cõ pceptum domi. qui pcipit Leuiti. xix. ¶ Non queres vltionẽ inimicorum: nec eris memor iniurie ciuiũ tuorum. Sed sunt alia beneficia que quis exhibet particulariter. ⁊ talia exhibere inimicis nõ est de necessitate salutis: nisi in articulo necessitatis: ꝓm illud Prouer bi. xxj. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ. si sitit potum da illi. ¶ Hanc sententiam ponit Thomas in scõa scõe. q. xxv. Sed q̃tum est de ꝓposito qui pter articulũ necessitatis cordis affectũ ⁊ operis effectũ: quotiens opportunitas se obtulerit exhibet inimicis: tam in communi q̃ in particulari. hoc ipsum pro martyrio computatur. Et ad hoc hortatur apostolus. j. Thessal. v. ¶ Videte ne quis malum pro malo reddat. hoc enim difficilimũ est ⁊ omni amari⁹ passiõe. Secundũ martyrium deo ab anima exhibitũ cõsistit in cõtumeliarũ patienti perpessiõe. vt videlicz tacita cõscientia sine cordis ⁊ oris murmuratione cõtumelias ⁊ opprobria sine causa a primis sufferamus: opponẽtes semper clipeũ patiẽtie ⁊ verba dulcia reddẽtes. Ad qđ hortatur apostol⁹ Roma. xij. dicens. ¶ Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. ¶ Hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. ¶ Hoc exemplũ habemus a domio: qui se cõuiciantes in bono semper vicit: pro cõtumelijs et opprobrijs verba dulcissima respondẽdo Luc. Dacb qui destruis templũ

dei et in triduo reedificas, mouentes capita sua super eum. ⁊ dicentes. Alios saluos fecit: seipm non potest saluum facere. Ipse autem dulcissimā oratiōem reddidit: dicens. Pater dimitte eis. quia nesciunt quid faciunt. Debis duobz generibz martyrij dic Gregorius. Ferre contumelias ⁊ odientem diligere martyriū est in occulta cogitatiōe. ℟ Tercium genus martyrij qđ ab anima deo offerimus cōsistit in subtracte gratie dilatōe. Homo enim deuotus assuetus visitatione diuina ⁊ spiritualibz influētijs frequēter delibutus: si vt assolet hec gratia subtrahitur: grauissime conturbat. nec est genus martyrij qđ huic doloi equipolleat: si tamen diutius suspendat. Homo enim a gratia sic derelictus credit se dominum offendisse: ⁊ eius amiciciam perpetuo perdidisse. Hinc Bernardus. Anima que semel accepit a domīo ⁊ didicit intrare ad seipam. ⁊ in intimis suis dei presentiam suspirare ⁊ querere faciem eius: ne scio an vel ipam gehennā expiri ad tempus horribilius penali?ue ducat: cū qua post substantialis studij gustataz suauitatē exire denuo ad illecebras ⁊ molestias carnis. Dico vobis qđ nihil est qđ in tantū formidet quisquis hoc beneficiū semel accepit cū ne gratia derelict? necesse habeat denuo egredi ad carnis consolatiōes: īmo desolationes rursumcū carnaliū sensuū sustinere tumultuz. Qui ergo ad premiū martyrū festinat prescripta exercitia deo exhibeat ⁊ pro martyre suscipietur.

CV. De sancta Katherina.

Hec est virgo sapiens quā domin? vigilantē inuenit. Dicit Bernardus. Digne deo spirituali matrimōio copulātur: qui ei? dilectionis intuitu: virorū cōnubia: carnis delitias: mundi gloriam cōtempserūt. ℣ In verbis ergo ꝓpositis a triplici prerogatiua beata katherina cōmendatur. scilicet a carnis incorruptōe. anime illustratiōe. operum circumspectōe. ℣ Primū ibi. Hec est virgo. secundum ibi: sapiens. tercium ibi: quā dominus vigilantē inuenit. Nam de primo scilicet de eius virginitate in legenda sua dicit. qđ cum Maxentius ei diceret. Nō te quasi famulam habere cupimus: sed vt regina potens ⁊ electa in regno meo triūphabis. Respondit katherina. Attende ⁊ tu rex ⁊ discerne quem magis eligere debeam. an potentez eternū ⁊ gloriosum ⁊ decoruz. aut infirmuz mortalem ignobilē ⁊ deformē. De secundo scilicz anime illustratiōe iterū in legēda sua dicit. qđ cum virgo cum oratoribus disputaret. ⁊ eos apertis ratiōibus sapienter confutaret obstupefacti sunt. ⁊ quid responderent ꝓtinus non habebāt. Unde vnus ex eis sic ait. Hec puella in qua spiritus dei loquitur sic nos in āmiratiōem cōuertit: vt nihil cōtra christum dicere valeam?. Ecce quātam illustratiōem scientie habuit: per quā patenter quinquaginta oratores sapiētissimos conuincebat. Apparuit etiam eius sapiētia eminens in hoc qđ suum regnū diuitias ⁊ gloriam: corpus ⁊ animā que temp̄aliter florēs possidebat: in perpetuas diuitias ⁊ gloriam cōmutauit. De tercio autem scz operum circumspectiōe ibidem legitur. qđ cum rex grauissima ei tormenta minaret: rīdit. Quecunqz tormēta excogitare poteris ne deferas quia corpus ⁊ animaz meam ⁊ omnia mea illi offerre desidero qui se totum mihi dedit ⁊ oīa que habet. Ecce cū circumspecta hec virgo extitit. que cognouit qđ passio domini ipam ad similem vicissitudinē obligauit. ⁊ hec de eius cōmendatiōe. ⁊ horuz triū membrorum cū tum ad eam ꝓtinet expositiōe breuiter tacta sufficiāt. Hunc sermo ad nostraz edificationem retorquēdus est. vt qui hanc virginem voluerint honorare ipam studeāt imitari. Maximus enim honor quez sanctis possumus exhibere in hoc cōsistit: si eos pro viribus studebimus imitari. Clamant enim de celo ⁊ dicunt singulis nobis illud Actu. Respice in nos. ac si dicant. Sicut nos videtis propter deum ⁊ eius regnū res corpus ⁊ animaz posuisse. sic ⁊ vos faciatis. non declinantes nec ad dextram nec ad sinistram. Insipiens enim est qui ad regnū celorum puenire desiderat sine via. De qua dicit Bernardus. Hec est via ⁊ non alia vt quis res corpus ⁊ animaz pro deo ꝓponat sicut ipse eadem pro

nobis posuit. ¶ Cupientes ergo cum hac virgine in terris sanctificari et cuz ea in celo eternaliter glorificari: primo studeam? habere loco virginitatis in corpore cõtinentiam ⁊ sobrietatez. secundo in anima sapientiam et puritatem. tercio in operibus constantiam ⁊ cõtinuitatez. ℣Primo dico habeamus in corpore continentiaz nihil penitus admittẽtes qõ sinceritatẽ fidei per quã deo in baptismo copulamur cr̃ũ pat. sed fideliter adhærentes ei ꝓtineam? nos ab oĩbus que eandẽ adhesionẽ inter nos ⁊ deuz violauerit. quia vt ait Augusti. Sicut violatio corporis violat ⁊ corrũpit virginitatẽ: sic et violatio fidei corrumpit mentis integritatẽ Et subiũgit. Virginitas carnis corp? intactuz. sed virginitas mẽtis fides incorrupta. q̃diu ergo seruam? deo fidei veritatẽ ipsi fideliter adhærentes: tam diu mentis integritatem quã pro virginitate accipim? custodimus. Si fidem violauimus peccatis nos nequiter ꝓsternẽtes: per penitentiã et satisfactionem nos reparem?: ⁊ in posterũ similia caueam? ⁊ deo itez adhæream?. ⁊ eadẽ adhesio ⁊ ꝓtinẽtia nobis iterũ ꝑ virginitate ꝓputatur. ⁊ si non q̃tum ad aureolã: saltem q̃ntum ad meritũ. ¶Non solum autẽ vocamus continentiã a carnis illecebris abstinentiaz sed omniũ delectabiliũ carentiam cõtinentiam nominam?. ¶Nunq̃ enim ĩ spirituali studio potest ꝓficere religiosus vel etiaz xp̃ian? in statu salutis ꝓsistere: nisi a carnalibꝫ delectationibus que sine peccato mortali admitti non possunt ex integro renũcient penit? ꝓpter deuz. ¶Hinc de religiosis dicit Job. Lapides excauãt aq̃. ac si dicat. Aque ꝓsolationũ excauant. i. euacuãt oĩbus bonis lapides .i. religiosos. qui q̃ ad resistendũ malis deberent tanq̃ lapides esse: vel carnaliũ consolationũ deberent esse insensibiles tanq̃ lapis. quia quãtum foris delectamur: tanto intus cõsolationibus euacuamur. si multũ: multum. si parũ: parum. quia vt ait Bernã. ¶Mũq̃ illi cum illis misceri poterunt in eternuz. ¶Hinc Osee. ix. dicitur. ¶Noli letari israhel sicut populi. quia sicut ait Grego. Si delectamur in infimis sine delectatiõe erimus de supernis. ¶De hac ꝓtinentia monemur Eccl. xxx. Congrega ⁊ contine corr̃ũ in sanctitate. Secundo non solũ habenda est in corpore cõtinentia: sed etiam sobrietas. ¶Hec autem sobrietas in triplici exercitio custoditur. scilicz in necessariorz moderata fruitione. exteriorz cauta gubernatõe. in disciplina morũ humili ⁊ deuota exhibitione. ℣Primo dico sobrietas custodiẽda est in necessariorũ moderata fruitione. vt sola necessitate cõtenti: nihil superfluitatis penitus admittamus. Omnes enim res temporales deus creauit vt nostre necessitati subueniãt: non superfluitati seruiãt. Vnde quotiẽs superfluis vtimur: proximos nostros qui carent necessariis spoliam?. ¶Hinc Bernã. Sancti viri in omni qđ agunt studiosissime inuigilãt: ne quid plus ab eis necessitas siue infirmitas q̃z sibi debetur exigat. ne sub necessitatis pallio vicium in eis voluptatis succrescat. Sumenda ergo sunt que necessitas exigit: que edendo libido suggerit. quia sic voluptas sub necessitate se palliat vt vix eam perfect? quisq̃ discernat. Secũda sobrietas custodiẽda est in exteriorũ sensuũ gubernatiõe. semp enim refrenandi sunt ab illicitis: ne hauriant illicita q̃ introrsuz recepta noxia subministrẽt. Eccli. Virginem ne cõspicies ne forte scandalizeris in decore eius. quia qđ non licz cõcupiscere: nõ licet aspicere. ℣Propter qđ monet Bernã. dicens. ¶Habeat homo dei sensus suos non duces: sed seruiẽtes ei. habeat omnino familiã suam sic ordinatã vt dicat huic veni ⁊ veniat. ⁊ alteri vade ⁊ vadat. ⁊ fuo suo fac hoc ⁊ faciat. Tercia sobrietas custodienda est in morũ humili exhibitiõe. vt omnes videntes cõuersationẽ nostram propter exteriorem hominis decentiã edificent. ⁊ hoc hortatur dom̃? dicens. Luceat lux vestra coram hominibꝫ vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrem vestrum. Et ℣lpostolus. ℣Prouidẽtes bona non solum coraz deo ⁊c. Item Eccli. Cõtrahe te in domuz disciplineꝫ. Bernã. Cõuersare simpliciter inter fratres. deuotus deo. magistro subditus. senioribus obediens. minoribꝫ cõtemperans. angelis placens. verbo vtilis. corde hũilis. mansuetus ad omnes. Et nota differentiaz inter continẽtiã ⁊ sobrietatem. q: cõtinentia

consistit in abstinẽtia malorũ. sobrietas vo in moderata fruitione bonorũ. De his tribꝰ partibus sobrietatis dicit Criso. Oens sobria passiones omnes cohibet sensus gubernat. sermonẽ regit. tꝛuꝫ hominẽ sub regula disciplineꝫ cõponit. Secũdo in anima habeamus sapiẽtiã ⁊ puritatẽ: que duo summe sunt necessaria ad salutem. Nam de sapientia dicit Ambro. Sicut sole mundus sic splendoꝛe sapiẽtie indiget animus. Primo in anima nostra habeam⁹ sapientiã. nõ huius mũdi que tumultuosa est. nec illaꝫ q̃ carnis est que est impudica. naꝫ que est mũdi: stultitia est apud deum. que autẽ carnis inimica est deo. sed eam quaꝫ diffinit Jaco. dicens. Que desursum est sapiẽtia primum quidẽ pudica est cõtra impudicã que carnis est. deinde pacifica contra tumultuosaꝫ que mundi est. illa enim sapientia facit vere sapientes. talem eñ sapientiaꝫ diffinit nobis Bernñ. dicens. Sapientia que desursum est ipa est per quam nobis singula sapiunt, put sunt. Et subiũgit. Inueniſti plane sapientiam si pteriteꝫ vite peccata defleas: si psentia parui pẽdas: si futuram vitam toto desiderio cõcupiſcis. ⁊ hoc est sapere singula prout sunt. nec solum sicut sunt in intellectu: sed sicut sapiũt in affectu. Hac sapiẽtia si aĩa nostra illustrata fuerit: nequaq̃ admittim⁹ q̃q̃ mali. nec hoc cõtenti: sed nequaq̃ negligimus que sunt bona. Mala autẽ non admittere: bona vo non negligere est suprema sapientia: imo supma felicitas hui⁹ vite. Maꝫ de hac sapientia dicit Proverbi. viij. Melioꝛ est sapientia cũctis operibus pciosissimis ⁊ omne desiderabile non potest huic comparari. Secũdo in anima nostra habeam⁹ puritatem. Ipsa enim puritas cõsequẽs est ad sapientiã. quia vt dicit Sapien. Nihil intrat in illam inquinatũ. Clera enim sapientia nullã penitus impuritatẽ admittit. Hãc autem puritatẽ si in nobis plantare cupim⁹ duo sunt necessaria. vt videlicet peccatuꝫ cũ summa diligentia caueamus. ⁊ si quid irrepſerit statim exhauriamus. Nam de primo monemur Deutro. ix. Cauete ne forte deciplatur coꝛ vestrũ. nec recedatis a dño: sꝫ per culpã peccati. seruiatisq̃ dijs alienis q̃ sunt vicia ⁊ peccata. Item Thobie. Caue ne vnq̃ peccato cõsentias. Itez Job. Caue ne declines ad iniquitatẽ. ℣ Nõ si cauere cupimus: sciendũ q̃ tres sunt riui per quos omnis impuritas in pscientiã tanq̃ insentinam confluũt. scz cogitatiões. locutões. operatiões. ⁊ hi riui sunt cũ summa diligentia obturãdi. qõ facere monemur. iiij. Reg. iij. vbi dicit. Cũctos fontes obturabitis. si qd autẽ irrepſerit p qualẽcunq̃ negligentiã nõ sinit introꝛsuꝫ nullatenꝰ demꝛari. Et hoc facere monemur Leuit. xvj. In hac die ab oĩbus peccatis vestris coꝛã dño mundamini. Glo. in hac. s. die qua peccauim⁹. Itẽ Primo uerbi. xx. Homo sapiẽs exhauriet illud: scz peccatũ. Hec duo tam diu agẽtes et agẽdo cõtinuantes quousq̃ remissionẽ nobis pscientia atteſtet. vel qõ maius est p spm̃ sanctũ remissio inſpiret. nec aliq̃liter demus nobis vanã ⁊ seductoriã spẽz sup indulgẽtia peccatoꝛ quousq̃ alterũ istoꝛ testimoniotꝛ nobis detur. Quãt hec duo testimõia dari pmꝛuerũt: ptꝛ lucide in scriptura. De primo eñ dicit Johã. Si psciẽtia nꝛa non reprehenderit nos: fiduciã habem⁹ ad deũ. s. de remissione peccatoꝛ. De secũdo Bernñ. Cuꝫ ad hoc ventũ fuerit: spũs sanct⁹ euidentissime nobis inspirat remissionẽ peccatoꝛ: dic in coꝛdibꝰ nũis. dimissa sunt tibi peccata. Hoc autẽ testimoniũ dei certi⁹ est q̃ primũ. s. psciẽtie iuxta sententiã saluatoꝛis dicẽtis. Si testimoniũ ab hoĩbꝰ accipitis: testimoniũ dei maius est. Hãc testimoniũ psciẽtie dat quidem spem ⁊ fiduciã. nullã autẽ certitudinẽ: dicente apostolo. Nihil mihi psciꝰ sum: s nõ in hoc iustificat⁹ suꝫ. qui eñ iudicat me dñs est Ac si dicat. Nicꝫ psciẽtia atteſtet mihi remissionẽ peccatoꝛ: nullã tñ mihi ex hoc pmitto certitudinẽ. Quare? Quia sol⁹ deus hꝫ me veraciter iudicare. põt eñ deus videre peccata mea q̃ ego nõ video. Testimoniũ autẽ dei qui veritas est dat certã noticiã: dño dicẽte. Spũs sanct⁹ docebit vos omnẽ veritatẽ. Si q̃ docet oẽꝫ veritatẽ docet etiã illã. Hic Ber. Spũs sanct⁹ certissima signa impꝛimit coꝛdibꝰ nũis q̃ remissionẽ peccatoꝛ sim⁹ fiducialiter psecuti. Tercio habeam⁹ ĩ ope pstantiã ⁊ cõtinuitatẽ. Hec eñ duo oĩbꝰ no

stris opib dant virtutē efficaciā ⁊ valorez. q̄ sine his oīa opa vacua sunt meriti ⁊ virtutis. Nam de pstātia dicit Greg. Qđ aīa est in corpe: granū in palea: hoc est pstantia in ope. De prinuitate vo dicit. Qui pseuerauerit vsq̄ in finez hic salu⁹ erit. Hec duo breuiter pcurrētes sciendū ē q̄ triplex est cōstantia. s. deuotōis. opatiōis. ⁊ tribulatōis. in quib⁹ verissime virtus pstātie dinoscit. q̄ in singulis istis tribus mutat nomē. Nam pstātia vt est deuotōis vocat pfidētia. prout aūt est opatōis dicit magnificentia q̄si magna faciēs. cuz vo est tribulatōis vocat patientia vel tolerātia. Est itaq̄ pstātia deuotionis cū deuoti hoīes magnā fiduciā in deum habētes audēt magna petere: ⁊ petita fiducialiter sine hesitatōe sperare. ⁊ tales q̄ntumcūq̄ audere possunt: tantū erūt sine dubio accepturi: iuxta pmissuz dñi. Quēcunq̄ locum calcauerit pes vester. vester erit. Qđ exponit Ber. dicēs. Qua ten⁹ pedē fiducie p̄rexeris ea ten⁹ possidebis. ⁊ hec magnanimitas deuotōis a sanctis doctoribz cōmendat. Hinc Bern. Sunt qui ascendentes ad coraltū: de maiori spūs alacritate ⁊ puritate cōscientie magnanimiores facti pstiterūt audere magna. ⁊ hi p fidei magnitudie digni inueniūtur qui inducunt in omnē plenitudinē grātia x̄: dño pmittente. Eadē mēsura q̄ mensi fueritis ⁊c. Magna ergo fides magna merebit. tales ergo magna audēt q̄ magni sunt. ⁊ que audēt obtinēt. Secūda cōstātia est opatiōis p quā audacter audem⁹ aggredi difficilia ardua ⁊ laboriosa opa exercere. De hac cōstantia opis dicit ꝑ Prouerbi. Cogitatōes robusti semp̄ i abūdantia sunt: piger aūt in egestate est semp̄. manus autē fortiū diuitias parāt. Huc ergo pstātiā opationis cōsequimur: si in dei opib⁹ assuefacti grauia ⁊ laboriosa aggredi nō primescimus. De quib⁹ dicit Hiere. ix. Ingressi sunt arduna ⁊ ascēdunt rupes. Hinc Job. xxix. In arduis ponat nidū suuz. Qđ est dicere. In arduis. s. opib⁹ ponat nidū cōuersatōis sue. Sic ⁊ nos opemur ardua ⁊ difficilia imitātes p modulo nostro dñm. cui⁹ omnia opa erāt difficilia ⁊ pfecta. Hinc hortat nos dominus ysa. xxxv. Cōfortate manus dissolutas ⁊ genua debilia roborate. Tercia pstantia cōsistit in imperterrita sufferētia tribulationuz. cum patiēter imo libenter ⁊ intrepide sufferimus quascūq̄ tribulatiōes. siue sint passiones innate quas ex corruptiōe nature sufferimus: per quas tanq̄ per machinas demones nos impugnāt. siue sint passiones illate quib⁹ dñs misericorditer nos affligit. siue etiā sint passiones affectate: hoc est voluntarie assumpte. In quibus oīb⁹ si deo placere cupimus: debem⁹ imperterriti stare ⁊ incōcussi. Secundo habeam⁹ in opere non solum cōstantiam: sed etiam cōtinuitatem. vt sicut fortia opera facimus per cōstantiaz: sic eadem fortia sint multa per prinuitatē. Qđ Eccli. monemur. vbi dicit. Quodcūq̄ potest manus tua facere instanter operare. qa nec sapiētia: nec scientia: erūt apud inferos quo tu pperas. Item Eccli. xi. Mane semina semen tuuz: ⁊ vespere non cesset manus tua. quia erit merces operi tuo. Hinc Ber. Nulla vnq̄ seruū dei inueniat. non dico dies sed nec hora: nisi vel exercitij labore vel proficiendi studio. vel in experientie dulcedine. vel fruendi gaudio. Ad q̄ pducat nos ⁊c.

CVI. De sancta Cecilia.

Cecilia famula tua domīe q̄si apis tibi argumētosa deseruit. Dicit Sapiens. Breuis in volatilibus apis: ⁊ initium dulcoris habet fructus eius Eccli. xi. In verbis ꝑpositis primo cōmendat ecclesia istaz virginem comparās eam api propter solertiaz operandi. Habet autē apis vt in libro de naturis dicitur multas proprietates in operatione mellis sui. quibus informamur vt si mel spūssancti in alueolo cordis nostri comportare cupimus: istam apeculā imitemur. Vaz et ista virgo sancta Cecilia imitata est eam: et ex hoc mel scilicet spiritū sanctuz (de quo dicit Eccl. xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis) in sui cordis alueolo pportauit: ⁊ per consequēs nūc est translata ad gaudia celi. vbi sicut Job. xx. dicit. Riuulis flumis torrentis mellis ⁊ butiri perpetuo sociatur.

A Sūt aūt octo ꝑprietates apū quib⁹

in confectiõe mellis quasi naturaliter se exercent. ¶Primũ eñ opus eaꝝ ꝓsistit in alueoli purgatione. secundũ in circumliniõe. tercium in apum per mediũ diuisione. quartuꝫ i mellis comꝓortatõe. quintũ in cibi partitione. sextum in laboris cõtinuatiõe. septimũ in summe pacis obseruatiõe. octauuꝫ in vigilantissima mellis cõseruatiõe. ¶Hec per ordinem ꝓsequẽtes primo dicimus qꝫ cum homo in prima creatõis dignitate ꝛ dñio super omnes esset creaturam cõstitutus: vt leges ꝛ regulas viuẽdi ꝛ agendi daret omnibus creaturis. a qua dignitate quia volens cecidit vt nũc inter bestias computet: dicente ꝑs. ¶Homo cum in honore. ꝛc. ¶Ideo in humilitatẽ nostri iubemur nũc sapientiaꝫ a creaturis minimis discere ex primo casu stulti ꝛ fatui nimis facti. ¶Sic enim dicit ¶Prouer bi. vj. ¶Vade ad formicaꝫ o piger ꝛ considera vias eius. ꝛ disce ab ea sapientiam. ¶Sic a simili discamus de studio ꝛ labore apum: quomõ ꝛ nos nostrũ laborem ꝛ studium debeam⁹ ordinare. ¶Primuꝫ ergo opus apum consistit in alueoli purgatiõe. sic ꝛ nos ante omnia alueoluꝫ cõscientie nostre purgem⁹ nihil in ea penitus relinquẽtes qđ conscientiam vulneret ꝛ inquinet ꝛ sugillet. ¶Qđ facere monemur Eccli. vij. ¶De negligẽtia expurgate cum paucis. que sunt contritio. cõfessio. satisfactio. que tria si sufficienter fiant purgant omnẽ maculam peccatoꝝ: non cessantes ab illa purgatiõe donec spiritussanctus testimoniũ perhibeat spiritui nostro qꝫ omnia peccata nostra sint penit⁹ dimissa.

¶Secundũ exercitiũ apum est circumlinitio. ¶Linũt enim alueolũ amaro suco: ne animalia volẽtia vsci melle accessum habeant: sed statim vt senserint amaritudinẽ illico resiliãt ꝛ ad gustũ mellis non ꝓtingant. in quo informamur qꝫ qui melleaꝫ dulcedinem spiritussancti in alueolo cordis sui cõportare desiderat: foris se circumliniat amaritudine cõtemptibilis habitus: ostendens ꝛ exhibens se omnibꝫ hominibus despicabilem abhominabilẽ ꝛ despectuꝫ: ne quicꝫ laudis vel humani fauoris sibi aliquid surripiat qđ mel interioris dulcedinis corrũpat. sicut illud in Cantic. ¶Fuco nigri coloris circũliniebat se exterius: ne aliquid interiorẽ pulchritudinem obfuscaret: dic. ¶Nigra sum sed formosa. ¶Sic apostolus interiorem decorem amaro suco ꝓtemptibilis habitus circuliniebat cum dicebat. j. Corint. iiij. ¶Nos fortes: nos infirmi. vos nobiles: nos ignobiles. vsqꝫ in hanc horã esurimus. sitimus. nudi sumus. colaphis cedimur ꝛ instabiles sum⁹ ꝛ tanqꝫ purgamẽta huius mundi facti sum⁹ oĩm peripsima. vsqꝫ adhuc. qui tũ de melle interioris dulcedinis sue dic. ¶Scio hominẽ in christo raptum huiusmodi in tercium celum: ꝛ audiuit archana que licet homini loqui. ¶Sed quid dicimus de hominibꝫ: cuꝫ ille gloriosus ꝛ speciosus forma pre filijs hominũ in quo habitabat plenitudo diuinitatis. de cuius plenitudine vt ait Johan. omnes accepimus gratiaꝫ pro gratia: tanto suco amaritudinis se circũliniebat: vt ſm ysa. non esset ei species neqꝫ decor. ¶Sic enꝫ dic. ¶Ecce vidimus eum quasi leprosum percussum a deo ꝛ humiliatũ. ¶Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter scelera nostra. ¶Hanc formã omnes sancti deo placere cupientes imitati sunt. castigantes ꝛ deformantes se exterius: vt interiorẽ dulcedinẽ comꝓortarẽt vel cõportataꝫ cõseruarent. ¶Sic enim dicit Bernũ. ¶Omnis cura sanctorum spreto ornatu cultuqꝫ superfluo exterioris hominis qui certe corrumpitur: omni se diligentia prebet ꝛ occupat excolendo et decorando interiori illi qui ad imaginẽ dei est ꝛ renouatur de die in diem. ¶Certi enim sunt deo non posse esse quicqꝫ acceptiꝰ imagine sua: si proprio fuerit restituta decori. ¶Qui ergo taliter vt dictuꝫ est se non munit facilime euanescunt: dicente Grego. ¶Deprecari desiderat qui thesauruꝫ publice in via portat. qđ heu de multis experimento cognoscit: qui post primam deuotionis dulcedinem redeunt ad consueta. ꝛ cupientes placere hominibus: deo incipiũt displicere. quibus dicit domin⁹ illud Apocal. ¶Habeo aduersum te qꝫ charitatem primaꝫ dereliquisti. ¶Tercia apum ꝓpretas hec est: vt per mediuꝫ se diuidentes vna pars mellis materiaꝫ importat: ꝛ alia pars importatã materiã intus ordinat ꝛ ꝓpinit.

